НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

21
40

21

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

73 ... 11 8.г.

LINGVARVM duodecim characteribus differentium alphabetum, introductio, ac legendi modus longè facilimus.

Linguarum nomina sequens proximè pagella offeret.

Guilielmi Postelli Barentonij diligentia.

[illegible]

[illegible]

بعظمة اراده اكيل

רב בהגדולות רצון

[illegible]

[illegible]

ΔΥΣΧΕΡΩΝ ΕΠΙΘΥΜΕΙΣΘΑΙ ΠΟΛΥ.

IN MAGNIS VOLVISSE SAT EST.

Cum priuilegio.

Prostant Parisiis apud Dionysium Lescuier, sub porcelli signo, vico Hilario, e regione diui Hilarij.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

LINGVARVM de quibus hic tractatur, nomina.

De
- Hebraica. 2. B.
- Chaldaica. 7. A.
- Chaldaica recentiore, quam A tranſitu Fluminis, vocant. 7. A.
- Samaritana, quæ priſca Hebraica eſt. 9. B.
- Arabica vel Punica, Cuius integram Grammaticam ſub compendio habes. 12. A.
- Indica. 20. A.
- Græca. 23. A.
- Georgiana. 26. A.
- Tzeruiana. 27. A.
- Hieronymiana vel Illyrica. 29. A.
- Armenica. 30. B.
- Latina. 33. A.

In ſingulis autem illis Rariſſimas Chriſtianorum in diuerſis orbis partibus agentium, hiſtorias habes, quibus illæ linguæ (præter Arab. Hebrai. & Samaritanã) ſunt in ſacrorum vſu ac grammaticis communes.

21.
40.

K

GVILIELMVS Poſtellus Barentonius

R. I. C. P. PETRO PALMERIO ARchiepiſcopo Vienneñſi, Domino ſuo. S. P. D.

APud me reputãti, cui potiſſimum hoc noſtræ in peregrinando diligẽtiæ principiũ dicaretur, nullus hic certe mihi te dignior occurrit, vt qui ſoleas tã ſerena fronte tãq; humaniter, omnes doctos inuitare ſumma humanitate, incitare tua ſingulari prudẽtia, fouere opibus, cui hæc tam variarum multarũque linguarum elementa conſecrarem. Tu enim ille es qui fluctuabundum & quaſi de ſpe omniũ rerum eiectum Poſtellum huc ad priſtina ſtudia, tuis monitis ſtitiſti. Quid autem mirum, me vel fortaſſe ipſa peregrinatione commendabilem, apud te tam humaniter excipi tractarique? quum nullum vnquam cui virtus aliqua ſit comes, quantum in te eſt nõ humaniſſime tractaueris inuitaueris requiſiueriſque. Tibi enim non ſatis, præclara illa, & auita nobilitas, apexque ſummus omnium rerum, ad laudem comparandam videtur, niſi etiam omnes quos virtutem tecum habere communem putas, aciſcas in conſortium. Fieri certe alioqui nequiret, vt tantopere ipſa virtute delectaretur, niſi qui omnes illius numeros in ſe abſolutiſſimos haberet. Eſt enim

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ea ipsius natura, vt vbicunq; sit, perpetuo iungi appetat. Nihilque aliud primariæ fœlicitatis habent virtute prędi- ti, nisi de virtute ipsa colloqui, tractare. Qui autē fieri pos- set, vt homo in tanta dignitate constitutus (illa enim solet plerunque præclara ingenia in sui ignorantiam adducere) ita de omni literarum genere deq; singulis rebus (mihi, sæ- pius experta loquor) tam prudenter, tam diserte, demũ tam exacte verba faceret, vt vel ijs qui toto vitæ curriculo, in illis versati sunt assidue, ipsa admiratione silentium stupē- tibus imponat, nisi omnium rerũ longe quam qui audit pe ritior? fieri proculdubio non potest. Quãuis tamen omnes illos tam fœliciter numeros absolueris, non cessas quasi es- ses inferior, ita te demittere, ita humaniter tractare, excipe- re, audire omnes nomine cuiusdã eruditionis claros, vt qui nusquã de rebus ipsis audiuerit. Illud est quidē certe illud est humanitatis summæ signũ. Nec enim qui vel fastu, vel merito suo intumescit, vsquam mihi suam quantumuis ma gnam commendabit eruditionē. Ipsa nos reddit humanio- res disciplina, cuius sine vsu barbari sumus. Ob id ille diuo rũ elogio sapiētissimus inter mortales appellatus est, quod plura cognoscens nil assereret se scire: Ipse quidem verbo tantum efferens, tu reuera ostendis quã præ se ferebat mo- destiã. Solent autē nostri sæculi homines præcipue si qua- dam, aut naturæ, aut fortunæ dote sint insignes, statim bo- na pars intumescere, non vsq; adeo omnibus se familiares reddere, obuios quidē inferioris fortunæ homines, fortasse semel atq; iterum excipere, statim fastidire, cæterũ omnes egregie cōtemnere, paruipendere, id vero summe aulicum putant. Huc sane rerum deuenimus, vt apud bonam partē aulicorũ nostrorum vsqueadeo fucus persuaserit, vt etiam si aliquis te ad aliquot dies animo beneuolo complecti vi- deatur, tamen sentias statim beneuolētiam frigidiusculam tēpore non procedere, sensimq; elabi, & in prima sua prin- cipia more rerum naturalium redire. Vt enim ipso exordio fuerat quædam simulatio egregia, ita fieri non potest, quin tandem fucus ipse se prodat. Tu vero qui nec imaginibus nec dignitate nec eruditione, nec, quod maximum & præ- cipuum est, virtute omni parte absoluta vlli clarissimorum virorũ inferior es, perpetuo te eodē ostendis animo in eos quos semel virtutis ergo cōplecteris, nil turpius esse putãs magnoq; viro indignius, quã tã repēte incōstantiã tãtam in cordato homine ostēdere. Sed quid his reb⁹ oĩm iudicio ꝓbatissimis immoror? Sese aperit ipsa tua humanitas oĩm vno ore celebrata & virtus vsqueadeo tua me deterret, vt possim citius silētio meo, tuarũ virtutũ numerũ illustrare q̃ ingenij tenuitate paucula ex tãto nũero attigēdo extollere Virtus est eo ingenio vt seipsam longe melius depinguat, quã humana possit eloquētia. Nusquã a seipsa, possit elo- quētia (quã tñ nullã in me agnosco) reddi inferior. Quod Petrarcha sua hetrusca lingua paucis aperit, *Ma forse scema soe lode parlando*. Tibi autē hoc dicatũ ob tã insignē eruditionē & rarã prudētiã humanitati cōiunctã volui. Tu eñ aliquãdo mihi apud te dicebas opus esse istos varios characteres ede re in lucē, vt exteris nationibus ostenderemus, etiã Gallis sua nō deesse ingenia, q̃ tãetsi res magnas nō possunt inde- fessa diligētia ac studio cōsequi, hoc tñ laudis habēt, quod magna quidē in quibus, vt ꝓloquor, voluisse sat est, adse- qui & cōicare cęteris cupiũt. Nusquã tñ monitis acquiesce re prima frōte volebã, nec ꝑ tenuitate poterã. Necesse eñ fuit characterũ formatorũ penuria, tabulis exaratis sculptis ve oĩa edere, quibus ꝓsoluēdis quũ ipse his ꝓxime elapsis diebus nō adesses, mihi, sine ære alieno satis esse nō poterã. Ita eñ (vt soleo pressus sępius conqueri) erã exhaustus & rerũ ob libros coēptos & ꝑegrinationē nudus, vt parũ mihi superesset vnde hãc vitã philologicã tolerarē. Aliud & id qui dē difficillimũ magis angebat animũ meũ, quomō tã varij characteres qui etiã dũ recta & ꝓ suo more scribuntur suis hoĩbus maximũ facessunt negotiũ, possent oẽs a me inuer ti vt illos sculptoribus nusquã quicquã tale antea expertis designatos traderē. Vtramq; tñ vt potui, difficultatem non sine tp̄is & rerũ dispendio, vt tibi obsequendo, reip. inser- uirem superaui. Illa hoc quicquid id est debere se tibi non mihi fatebitur. Malo enim me obæratum quam in remp.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

parum propenſo eſſe animo. Tibi vero morem non gerere mihi etiam nefarium duxerim. Accipe igitur, Reuerendæ in Chriſto pater, noſtræ peregrinationis prȩludia, & nomine reipub. a calumniatoribus, quorum natura eſt in ſibi impoſſibilia tantum inuehere, defendas. Volui hoc libello, nō tam oſtendere me poſſe multas, & varias linguas legere, quam proſpicere: ne quicquam haberem quod ſtatim non omnibus communicatum cuperem. Perpetuo enim illud in ore habeo, bonum quo cōmunius eo diuinius. Nolim enim me mihi: ſed patriæ, parentibus, amicis, denique poſteritati natum. In hoc autem me feciſſe puto vt nullus ſit tam rudi ingenio, ſi velit diligentius introſpicere, quin omnes linguas aliquo vitæ humanȩ vſu commendabiles legat minori negotio, quam latinam, alioqui ipſo vſu nobis familiarē. Nec profiteor ſtatim quandam abſolutam illarum quas trado (ſcio enim futuram mωmi primam obiectionem, omnes me profiteri, nullius eſſe linguæ peritū) cognitionem, quicunque tamen ſit futurus, illi poſſum reipſa perſuadere, me in Latinis, Grȩcis, Hebraicis, Arabicis Punicisve & Chaldaicis, non pœnitendam operam pro ætate, tēpore & quaſi perpetuo mihi nouerca fortuna collocaſſe. Interim dum in Coſmographicis elucidandis, moribusque orientalium depingendis ſum, animi in te mei mnemoſynon hoc ſeruato. Vale. Nonis Ianu. 1538.

MICHAEL SCVTARIVS ANTONIO Patuletio ſecretario Regio, S. D.

CVm poſt prouidentiā, ampliſſimi ſimul ac liberaliſſimi principis beneficio, & ſumma in omnes doctos liberalitate, diſciplinarū omnia genera illū vigorē receperint, qualem fortaſſe nuſquā antea habuerunt, maximam tamen, ſecundum Regis Franciſci fauorem, huius beneficii partem, linguarū cognitioni debere videmur. Illȩ enim aperiunt vndenam tot Latini auctores, quæ ſua dixere, deſūpſerint, vnde vera & germana diſciplinarum origo defluxerit, quæ ſi ignores neceſſe eſt te in maxima rerum omnium cæcitate verſari. Huius rei clariſſimum argumentum in elapſis ante fere. 900. annis (ſi paucos ad modum in illis claros homines excipias) in quibus ipſa barbaries rerum potiebatur, habuimus. Quod animaduertens olim Poſtellus noſter, vbi egregie Latinis, Græca, & Hebraica coniunxiſſet, in phyſicis & mathematicis, ſed præcipue in Coſmographia diligentiſſime verſatus, nec ſibi ſatiſfaciens diligenti authorum antiquorum lectione, niſi loca ipſa celebria intueretur, varias regiones, more philoſophorū antiquorum, peragraret, linguasque alias diſquireret (ſi aliquæ peregrinæ, aliquid lucis & ornamenti diſciplinis. & reip. Chriſtianæ afferre poſſent) perdiſceretque, voluit Africæ celebria littora, Aſiæ minoris notiora, Europæ orientales partes illas tam variis magniſque authoribus celebratas claraſque, quantum per linguæ commercia licuit, diligenter perluſtrare, atque mores diuerſarum gentium, vrbes varias, hominū ingenia obſeruare, vt inde rediens patrium ſolum ornare facilius poſſet. Tandem, quum videret illic ſine interprete, aut linguarum peritia, hominibus noſtris non eſſe integrum verſari, illam aggreſſus eſt operam quæ in poſterum multis eſſet vſui, obſeruatiſque omnium characterum, ac plurimarum linguarum differentiis, illam præcipue, (nec enim vnus omnia poteſt) perdiſcendā elegit, quam aſſerit, ſi occiduas & Arcticas Europæ partes excipias, in toto terrarū orbe communem, quæ eſt Arabica. Omnes enim qui Mahometi lege vtuntur, habent hanc linguā in vſu familiari grammatices, quibus alioqui linguæ vulgares, vt ait, ſunt diuerſiſſimæ, tam diuerſis præcipue populis. Quum autem poſt peractam peregrinationē ſe apud me, pro ve-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

teri nostra amicitia & consuetudine recepisset, essetque assiduus ac totus in illis Arabicis, seu cõtemnens alios tam varios literarum quos sparsim attulerat, characteres, coëgi hominem non sine multis precibus, vt (quod certe sciebam a multis suorum amicorum flagitari in dies) illos in lucem ederet, varietate hominum animos allici, alium alijs capi delectarique suggerens, monitis tandem victus, acquieuit, emisitque, quod aut in senium seruare, aut omnino supprimere volebat. Quia vero in hac re, vt qui hominem repugnantem ad editionem compulerim, aliquam vel diligentiæ & sedulitatis, partẽ habeo, id quicquid id est, pro mei in te animi signo tibi dicatum volui. Tu enim es longe diuerso a multis tui muneris hominibus animo. Maior enim illorũ pars sunt perpetuo in illa tanquã χρυσοβαναυσίαις, tu vbi pro officij ratione, domesticis rebus non defuisti, succissiuas horas, vel legendo, vel cum viris doctis colloquiũ prorogãdo (quod ipse Postellus non negabit) vel si res poscat operam & diligentiã præstando, impẽdis. Habes in hoc libro præclarissimas historias, De diuersis Christianis in varijs partibus orbis agẽtibus, deque illorum vario ritu, lectu & auditu iucundissima. Vale & tuum Scutarium ama, ac diligentiæ in publicum datæ seu causam puta.

In duodecim linguarum

CHARACTERIBVS DIFFERENTIVM INTRODVCTIONEM, PRAEFATIO.

DAturus in mediũ tam variorũ idiomatum principia mihi videor optimo ordine rẽ ipsam aggredi, si quo vsa est ipsa tẽporum series in notarum reperiẽdarum ratione, eodem ipse vtar. Quum autem in confesso sit apud omnes (quod tamẽ amplissime in libello nostro de affinitate linguarum & hebraicæ excellentia, cui hæc præfixa volo, demonstrauimus) linguam Hebraïcam omnium fuisse primam, ab ipsius rudimentis ducam exordium. Deinde ad illas me conferam quas primum ex ea dimanasse ipsa affinitate cõstat, Chaldaicam scilicet & Samaritanã quæ eadem, præter characteres, Hebraïca est, postea Punicam Arabicamue & Indicã tractaturus. Græca & quæ ab ipsa effluxere Georgiana & Tzeruuiana subsequetur. Armenicæ & Illiricæ vel Hieronymianæ quia quoddã medium genus sunt, quartus locus erit. Latina faciet operis finem, nõ quod ipsa mea vlla opera egeat, sed ne curiosus lector quicquam in hoc libello possit merito desyderare, & vt semel omnes omnium linguarũ articulos absoluã. Multi hactenus, non secus intelligentes ac psittacus picaue crebro repetita verba, nobis multarum linguarum monstrosos quosdam depinxere characteres, satis habentes, si sine vllo vsu aut vitæ humanæ cõmodo, rem ipsam ostentationis cuiusdam diligẽtiæ gratia latinis obtruderent. Quam vero diligẽter in nostra Affricana & Asiatica peregrinatione literis Arabicis potissimũ inuigilãs ea q̃ sum traditurus disquisiuerim, facile hoc tã erudito sæculo indicabitur ab il-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

lis qui in Hebraicis vel Græcis, quæ gradum ad cæteras omnes adipiſcendas faciũt maximum, vel mediocriter verſati fuerint. Interim dũ reipublicæ gratia ad integram punicam grammaticam edendam, illiuſque linguæ traducẽdos latinæ authores me comparo, hoc tanquam noſtræ diligentiæ arrhabonẽ prælibatum volui. Quod ſi probabitur non deeſt nobis ad maiora animus.

¶De lingua Hebraica cæterarum omniũ orientalium parente.
Canon generalis.

¶In omnibus omnium gentiũ linguis a quacũq; litera nomen literę incipit ipſa eſt litera, vel literæ quæ nominãtur, vt daleth incipit a, d, ergo d. pſi a ps, ergo ps. Fallit in ſemiuocalibus latinis & aleph & ain oriẽtaliũ, alioquin ſemper verum eſt.

¶Literæ apud Hebræos ſunt. xxij. quarum figuræ & nomina ita habent quæ perverſe leguntur hoc modo.

9	8	7	6	5	4	3	2	1	Numeri
ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א	Figura
teth.	heth.	zain.	vau.	he.	daleth.	gimel.	beth.	aleph.	Nomen
		z	v	h	d	g	b. v.	a, e, i, o, u.	Ptãs.

200	100	90	80	70	60	50	40	30	20	10
ר	ק	ץ צ	ף פ	ע	ס	ן נ	ם מ	ל	ך כ	י
res.	coph.	zadic.	phe.	ain.	ſamec.	nun.	men.	lamed.	caph.	iod.

Vbi duæ figuræ ſunt: altera in fine tantum ſeruit.

400	300
ת	ש
tau.	Sſin.

Carent illi vocalibus quarum loco puncta habent ſupra vel infra literas collocanda, quorum figurę & nomina ſequuntur.

Quantitas, figura, nomen, poteſtas.

	Quantitas	Figura	Nomen, poteſtas
a	longum	ָ	Cametz a obſcurum.
	breue	ַ	Pathah a clarum.
	breuiſſimũ	ֲ	Hateph pathah a declinãs ad e.
e	longum	ֵ	tzere e clarum.
	breue	ֶ	Segol e declinãs ad a, vt in vltĩa vatẽs.
	breuiſs.	ֱ	Hateph ſegol e.
i	longum	אִי	hiric. i. ꝑpter ꝑuũ pũctũ א aſcribitur hic
	bre.	אִ	hiric vt in holem.
o	longum	אוֹ	holem vel vau holem. o.
	breuiſs.	ֳ	hateph cametz. o.
u	longum	וּ	ſurec vel vau ſurec. u.
	breue	ֻ	Kibutz vel kibutz ſephataim vel melopum. v.

¶Seua pũctum eſt breuiſs. valens e, dicitur alio nomine hateph, id eſt, corripiens. ְ e

¶Lectio ſeu ſyllabarium ex longis ſyllabis.

אָ אֵ אִי אֹ vel אוֹ אוּ בָּ בֵּ בִּי בּוֹ בּוּ גָּ גֵּ גִּי גֹּ גּוּ
a e i o o, u, ba, be, bi, bo, bu, ga, ge, gi, go, gu,

¶Ex breuibus & breuiſs.

הַ וֶ זִ הֹ טֻ יָ כֶ לִ מֹ נֻ סָ עַ פֶ צִ קָ רֹ שָׂ תֻ
ha, ue, zi, ho, tu, ia, che, li, mo, nu, ſa, a, fe, tzi, ca, ro, ſa, thu,

Sunt & alia duo puncta, non ad ſyllabas, ſed ad conſonãtes immutãdas ſeruientia. vnum vocatur daghes & poteſt poni in omnibus conſonantibus præter quam in א ה ח ע ר quæ ſunt gutturales (quãuis eñ ponatur in ה punctus ſimilis, non eſt daghes ſed mappic i. punctus valens in Hebręo eius, ea, eam fœmi. Chaldæis vero eius, ei, eũ. maſc.) & duplicat ſonum earum. Nempe ex ב beth quod ſine eo eſt β græcum, fit be. ex phe, fit pe. ceteræ duplicantur, quæ omnia mox in lectiõe patebunt. Alterum non punctũ proprie

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

sed virgula supponi solita est his sex literis tantũ בְּגַד כְּפַת tenuandi illarum soni gratia. Sunt & alia pũcta vt quod ponitur supra ש literam, si in dextra parte vocatur, ia min. id est, dextra. tunc sin est ss, duplex, vel sch. sic שׁ, si in sinistra dicitur smol, valet s, simplex. Alia punctorum genera ad accentus referuntur, de quibus nũc nõ decreui dicere volens diligentem lectorem ad Reuchlinum Phorcensem qui primus latinis illos tradidit, remittere.

¶Diuisio literarum.

gutturales	אֶחֱהַע	achha	Ita dictæ voce fictitia, ab instrumẽto cuius potissimum officio proferũtur.
palati	גִיכַק	gichac	
dentium	זְסַשְׁרַץ	zesaschratz	
linguæ	דְטַלְנַת	datlanat	
labiorum	בוּמַף	bumaph	

Literarum aliæ.

Seruiles. xi. אֵבְהוּיִכְּלְמַן שֵׁת, quæ de thematis essentia esse possunt vel adiectitię.

Radicales. xi. גַּדְזִ פְטַמְעַף צֶקַר quæ perpetuo sunt de thematis ratione, nec vsquam abesse aut desyderari possunt, vt seruiliũ bona pars.

Diuinę אֱהֱוִי eheui hic dictę quod illis soleat nomen diuinũ scribi, propterea quodam vsu hę quasi reuerẽtia faciunt ne litera prima in dictione altera proxime sequẽti habeat dagghes, aut proferatur duriuscule, eędem dicuntur

Quiescẽtes quod possint loco sui in dictionibus relinquere punctum lõgum, & non ascribi.

Defectiuæ dictæ sunt literę quę loco sui nõ relinquunt punctũ longũ sed dagghes, qualis proprie est נ nun in principio thematis, tñ oẽs literæ duplicatę in fine possunt ita dici, quia vna seruatur in dagghes.

In illorum gratiam qui viua præceptoris voce ad lectionem destituuntur subiungam aliquot oratiunculas latinis characteribus expressas & expositas inuersis latinis literis, vt litera literæ & syllaba syllabæ respondeat.

רֵאשִׁית חָכְמָה יִרְאַת יְהֹוָה: אַשְׁרֵי אִישׁ יָרֵא אֶת יְהֹוָה

reschith hochmah ïreath iehouah. Aschre isch iare eth iehouah

principium sapientię timor domini, beatus vir timens dominum

יְהִי שֵׁם יְהוָה מְבֹרָךְ מֵעַתָּה וְעַד עוֹלָם אָמֵן אָמֵן

Iehi schem iehouah meborach meata vead holam amen amen

Sit nomẽ domini benedictũ ex nunc & vsq in seculũ fiat fiat.

לֹא לָנוּ יְהֹוָה לֹא לָנוּ כִּי לְשִׁמְךָ תֵּן כָּבוֹד עַל חַסְדְּךָ עַל אֲמִתֶּךָ

lo lanu iehouah lo lanu chi lissmecha ten cauod hal hasdecha al amitecha

non nobis dñe non nobis sed nomini tuo da gloriã ob miam tuã & veritatẽ tuam

עַל אֱלֹהִים יִשְׁעִי וּכְבוֹדִי צוּר עֻזִּי מַחְסִי בֵּאלֹהִים

al elohim ïsshi vcheuodi tzur uzi mahsi belohin

In deo salus mea & gloria mea vis virtutis meæ spes mea in deo

חַטֹּאת נְעוּרַי וּפְשָׁעַי אַל תִּזְכֹּר כְּחַסְדְּךָ זְכָר לִי

hatoth neurai vphesschaai al tizcor chehasdecha zechor li

pctõrũ iuuẽtutis meę & pręuaricatiõis meę ne memineris, iuxta miam tuã dñe miserere mei.

קדוש קדוש קדוש אדוני אלהים צבאות ברוך הבא בשם יהוה
והוא ישוע המשיח צורנו מחסנו וצדקנו מוחה כל פשעינו
ותוקעם בעץ קוטל את מותנו במותו

Sanctus sanctus sanctus dominus deus exercituum. benedictus veniẽs in noĩe domini, & ipse est Iesus Christus fortitudo nostra, spes nostra, iustitia nostra, delẽs omnia peccata nostra & affigẽs illa in ligno, occidens mortem nostram cum morte sua.

¶Officia literarum.

Decreueram reseruare hæc literarum officia in libello nostro de hebraismi excellentia cum ipsis tabulis coniugationum & nominum, nisi de huius linguæ præscripto penderent cæterę. Vnde visum est rem ipsam paucis tradere.

¶Literarum aliæ seruiunt in principio tantũ, aliæ in principio & fine, aliæ vbique.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

In capite
אֶל בַּשׁ

Aleph primã perſo.ſingul.futuri tempo: vt
שָׁמַר cuſtodiuit אֶשְׁמוֹר cuſtodiã.& aliquan
do nomẽ deriuatiuum.
Lamed.in,ad,pro,ꝓpter.& eſt ſignũ datiui.
Beth.in,cũ,iuxta.Sſin. qui quæ quod, & ꝙ
coniunctio.

In cap.& fi.
כָּן דָם

Caph in principio aduerbium eſt ſimilitudi
nis,vt,ſicut,velut.in fine tuus,tua,tuum.
Num facit primam perſonã pluralis nume.
futuri temporis,in fine,earum,eis,eas.
He eſt articul⁹ genitiui, emphaſis interroga,
ſignum coniugationis,in fine, nota fœmini.
motus ad locum,relatiuum,mapic.fe.de quo
diximus.
Mem.a,ab,ex,de,format noĩa & participia,
& comparatiuum.In fine,eorum iis,eos.

Vbique.
יוּת

Iod facit perſonam futuri tertiam vtriuſq;
numeri.in medio conſtituit nomen ac ver=
bum hiphil in fine meus mea meum,& plu
ra.quieſcens.
Vau coniunctio,& in medio nomen conſti=
tuit.in fine eius ei eum.
Tau eſt ſecunda perſona futuri maſc.& ter=
tia fœmi.in medio coniugationem hith pael
in fine.loco,he.

Nomina ipſa & verba in tabulis habebis.Cætera ex ipſis grãma-
tices authoribus tibi cõparabis.Ex Hebræis diligenter tractauit Ra-
bi Moſe Kimhi in michlol Sarraſin & compendio ſuo, Elias Germa
nus quo vſus ſum Venetĳs in Sepher Habachur, pirlze Sira, & Har
cauah, Abraham abalmis mihi videtur prolixius rem ipſam tracta
re.Ex latinis Reuchlinus,Sanctes Pagninus,Campẽſis,Munſterus, di
ligenter tradiderunt.Franciſcus Vatablus lector regius tam diligen
ter docet vt nil poſſis merito requirere.

De lingua Chaldaica.

HAC VTVNTVR HODIE IN
grãmaticis,& ſacris (alioqui vulgaris ſer
mo Arabicus his eſt)quãplurimi Chriſtia
ni qui in tota Syria habitãt, ſed pręcipue
circa montem Libanum. ad.4000.homi
num, vulgo Chriſtianos de zona dicunt.
Habent vetus & nouum teſtamentũ his
characteribus depictum nõ ſecus ac nos.
Aſſerunt autem quidam illorum iam a
Chriſti tẽporibus ad noſtra habuiſſe eoſ-
dem characteres,vnde cõiector reuera Chaldaicã eſſe, quãuis aliqui
circũferant in talmudicis libris,& cabaliſtis quoſdam alios, quos de
tranſitu Fluminis vocant.eos volui ſecũdo loco,quia nomine,& po
teſtate,& numero cum Hebræis conueniunt adſcribere. Nil tamen
vſquam quicquam ſcriptum in his reperi, præter quandam Cabalã,
cuius mihi copiam fecit Moſe Almuli medicus Regius Iudęus apud
Conſtantinopolim.In hac autem de qua nũc agere decreui, vtrũque
teſtamentum vidi.Quoſdam etiam ex libris meis Arabicis in mar-
gine diligenter hoc charactere notatos habeo. Magna ſpes eſt poſſe
haberi ab illis genuinum Matthęi exemplar,cui rei diligenter inuigi
lat Daniel Bombergus, cuius officio debemus Hebraicas literas. Is
mihi Venetĳs nuper oſtendebat Euangelia illorum characteribus de
ſcripta:putãs futurum,vt fructus aliquis inde fieret, ſi characteribus
Hebræis illas emitteret. Vir ad rem Chriſtianam ornandam natus,
Frater Ambroſius Papiẽſis Ferrarię habet excuſſas formas.Fuit ne-
ſcio quot annos apud ſummos pontifices conductis inde a Syria ho
minibus doctis verſatus diligenter in hac. Illa igitur erit primo lo-
co,quæ eſt a tranſitu Fluminis ſecundo. Literæ vt Hebræis vigin
tiduę. Vbi ſunt duæ figurę.Prima eſt principĳ,& medĳ,altera finis.
Iunxi aliquando penuria characterum ipſas abbreuiationes. Quan-
uis eo Canone quem pręfixeram Hebræis characteribus,vbi dicebã,
A quacũque litera nomen nominatæ literæ incipit, ipſa eſt litera vel
ſunt literę quas requiris,potuiſſem doctioribus & melioris iudicĳ vi
ris non adſcriptis literis latinis quibus peregrinæ æquiualent,ſatiſfa
cere, volui tamẽ vt omnibus ex æquo inſeruirem vel a muſis, ipſas
latinas literas addere.quia aliquãdo regula,potuiſſet inferioris iudi-
cĳ homines torquere. Omnia igitur boni conſulẽt cãdidi lectores.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА



oleph aleph,a,e,i,o,v.
beth beth.b.vel v.cōson.
gomal gimel.
dolath dalet: d
he h
vau v
zoin zain z
Heth hh
teth tethlamed theth,t, t, l
iod
choph chaph ch
lomed la l
mem m
nun n
fomech famec s
Hoin hain a,e,i,o,u
phe p,vel ph
tzode tz
coph c
res r
fin ss
thau th
abram a
efai e
Ifaac i
odum o
vria u

Puncta quibus loco vocaliū vtūtur.

a,ba,da,ga.
he,ue,ze,ęhe.
ti,ij,h,ni.
fo,ho,co,tzo.
cu,ru,fu,tu.
amen
eloha deus
iefua Iefus
mariam maria.

P oſt tradita elementa,puncta,& ſyllabas viſum eſt ſubiungere aliquot precatiunculas, vt in his legendis cum pietate lectionis fructum referat lector. In primis autem ipſa oratio dominica proprijs eſt ſculpta characteribus,tū aliæ, pictura Hebraica,que eodem plane claracterū modo conſtat.

Pater noſter,ſecundum Matthęum.



1 A bon debiſmaia nitlza das ſmech, 2 tata malchu tach. nehuah tzebnach ech 3 debismaia aph beara heb lan lachma 4 deſanlzanen iomna veſabuc lan 5 hatohin echena deaph chann ſabacan. 6 lehatin. vela taalan leniſaiona 7 ela phetzn min biſſa, matul dedilech. 8 hi malchuta vehailla vetasbuchta 9 alem alamim amen. 10 mebarich hu eloha ve maran maſchiach 11 ieſuah Amen. 12 la lan marana la lan ela lesmech. 13 heb taſbuchta al chananatach 14 ſchalem lechi malta tebuta maran 15 hima chi mebarichta anthi benaſa vm. 16 ebarich hu phara debecreſechi Iehua

Verſio latine, verbum ex verbo ſpacijs,
verſum ex verſu,numeris cognoſces.

Pater noſter qui in celis, ſanctificetur nomen tuum.
2 Veniat regnum tuum.fiat volūtas tua, ſicut 3 in cœlo,
etiam in terra. Da nobis panem 4 quotidianū diebus no=

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ſtris, & dimitte nobis 5 peccata noſtra, ſicut & nos di-
mittimus 6 peccantibus in nos. & ne inducas nos in ten-
tationem, 7 ſed libera nos a peccato: quoniam tuū 8 eſt
regnum & potentia, & gloria 9 in ſecula ſeculorum amē,
10 Benedictus deus, & dominus noſter Chriſtus 11 Ie-
ſus Amen. 12 Non nobis domine non nobis, ſed nomini
tuo 13 da gloriam, propter miſericordiam tuam. 14 Pax
tibi plena gratia, dominus 15 tecū, benedicta tu inter mu-
lieres, & 16 benedictus fructus, qui in ventre tuo eſt
Amen.

¶ Quāuis diligens lector & in Hebraiſmo mediocriter ver ſatus, poſſet ex hoc videre cum hebraiſmo magnam affini tatem, ſubiungant amen adhuc quędam characteribus qui dem Hebraicis ſed verbis Chaldęis, ita em̄ cogit characte- rum & formarum penuria.

Pater noſter, Secundum Lucam.

אבון דבשמיא נתקדש שמך תאתא Pater no. q. in cœ. ſan. n. t. a.
מלכותך נהו צבנך איך רב regnum. t. fiat volun. t. ſic.
דבשמיא אף בארעא הב לן quod in cœ. etiā in. t. Da. n.
לחמא כל יום וסבוק לן חטהין panē quo. & di. n. pec. no.
אף חנן גר סבקין לכל רחבין ſic. nos etiā parci. oīb⁹ pec.
לן ולא תעלן לנסיונא אלא פרקן in nos. & ne idu. n. ī. t. s. l. n.
מן בישא אמן a malo Amen.

Canticum Zacharię, ex Luca.

מבריך הו מריא אלהא Benedictus eſt dn̄s deus
דיסראיל וסער עמה iſraelis, qui viſita. po. ſuum.
ועבר לן קרנא דפורקנא & fecit nobis cornu ſalutis
בביתה דדויד עבדה: איך in domo Dauid pu. ſui. ſic.
ומלל בפומא הנביוהה locutus fue. p̱ os p̱phe. ſuo.

קדישא דמן עלם: ſanctorū, qui a ſeculo (fuerunt)
דנתפרקן מן כלי בבין וס quod liberaret nos de omni. ini.
ומאידא דכלהון סנאין & de manu omniū odientiū nos.
דעבד חננה עם אבוין quod faceret miſericor. cū pa. no.
דניהר לדיתיקו. קדשתא & recordaretur teſtamen. ſui ſcti
ומומתא דימא לאברהם & iuſiurandi qđ iu. ipſi Abrahā:
אכון דנתלן דנתפרק patri nr̄o, vt daret nobis, vt libe.
מן אידא דכלי בבין ודלא de manu omniū inimi. &. v. ſine
דחנא נפלותי. קדמו כלהון timore libe. corā ipo (ſtemus) oī.
יומתן בכא נותאובזויקותא diebus no. in ſctītate, & innocen.
ואנת טיא נביה דעליא תת Tu aūt puer, propheta altiſſimi
תתקרא תאזל גר קודם diceris, procedes enim ante
כרצופה דמריא דתטיב faciem domini ad parandam
אורחה: דנתל מדעא דיחא ſemitam eius. vt det ſcientiā ſalu.
לעמה בשבוקתנא דחטהיהון populo ſuo in remiſſio. peccato.
ברחמא דחננא האלהין per viſcera miſericordiæ dei no.
דבהון נסערן דנחא מן quia in iſtis viſita. nos, q ort⁹ ē ex
רומא : למנהרו לאילין alto. vt illuceſcat illis,
דבחשוכא ובטנא דמותא qui in tenebris, & in vmbra mor.
יתבין דנתרוץ רגלין ſedent, vt dirigat pedes noſtros
באורחא רשלמא : in viam pacis.

Hæc ſatis erunt pro introductione. Cæterum gramma- tica nil differt ab ea, quā Müſterus tractauit, illic lectorem diligētem remittam. Tātum enim characteribus vt & quæ eſt a tranſitu fluminis differt. Quantum autem ipſa liugua Chaldaica prodeſt verſaturo diligēti⁹ in ſacris, ſatis illa pa raphraſis, ſeu targum totius veteris teſtamenti tam Ionate quam Anlzelos declarat, vbi rerum omniū futurarum ex- poſitio clariſſima, obſcurarum dillucida explicatio, & quæ vna Iudæos conuincat approbantes,

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

De lingua Samaritana,

QVAE HEBRAICIS, ET PRISCIS VTITVR CHARACTERIBVS.

HAc vtuntur hodie permulti Iudæi
in Syria habitãtes, qui a cæteris di=
cũtur Somronim, id eſt, Samaritãi.
Tres enim pręcipue Iudæorum ſe=
ctæ in orientalibus partibus ſunt.
Cõmunes, ꝗ vocãtur Talmudiȷ̇m,
id eſt Talmudiſtę, qui hominum ſuę
legis placita exponẽtiũ omnia ſom-
nia & deliramenta mordicus tenẽt,
& ediſcunt. Aliȷ̇ dicuntur Caraim. i. lecturariȷ̇, ſi liceat ver
bum effingere, qui reiectis hominum documẽtis omnibus
tantum ſacra amplectuntur, obſeruant ditiſs. hominum ge=
nus: ſed vſqueadeo cæteris inuiſum, vt bona pars virginũ
illorum quia per affinitatẽ, & paucitatẽ non ſibi ſatis ſunt,
innupta maneat. aſſerunt inſuper communis opinionis iu-
dæi, ſi accideret vt Chriſtianus, & Caraimus vnus demer=
gerentur vna pari vtriusꝗ ſaluandi poteſtate, pontẽ ſe effe
cturos corpore Caraimi ad ſaluandum chriſtianum. Ter=
tium genus eſt Samaritanorum, quorũ meminit Hierony=
mus in prohemio libri Regum, qui me non parum incita=
uerat ad illorum requirẽdos characteres. Illius verba ſub-
iungam. Viginti & duas literas eſſe apud Hebræos, Syro-
rum quoque lingua teſtatur, quæ hebreæ magna ex parte
confinis eſt. Nam & ipſi. 22. elementa habent, eodem ſono,
ſed diuerſis characteribus. Samaritani etiam pẽtateuchum
Moyſi totidem literis ſcriptitant figuris tãtum & apicibus
diſcrepantes. Certumque eſt Eſdram poſt captam Hie=
roſolymam: & inſtaurationem tẽpli ſub zerubabel, alias li=
teras reperiſſe, quibus nunc vtimur, quum ad illud vſque
tempus, iȷ̇dem Samaritanorum, & Hebręorum characteres

fuerint hactenus Hieronymus, qui quãuis ſatis aperiat eſſe
iſtos veros, & genuinos antiquoſꝗ linguæ Hebraicę chara
cteres, tamẽ meã partem puto aliquantũ confirmare. Quid
autem mouerit Eſdram virum alioqui doctum, & antiquita
tis amatorẽ, vt relictis ſanctæ linguæ characteribus, apud
partem gentilium ſui populi, alios inueniret, operepreti=
um eſt conſyderare. Quum poſt Solomonis mortem
obortum eſſet bellum inter diuerſas tribus filiorum Iſraẽl,
rexque eſſet loco Solomonis filius eius Roboã, is iniquo
reſponſo abegit a ſe populum. Petebat enim afflicta plebs,
vt de ſumma tributorum exactione, quam Salomon nõ ſa=
piens, ſed in hoc egregie ſtultus per præfectos exigebat, ali
quid remitteret, is cõſilio iuuentutis, & adulatorum citius,
quam ſenili & probato fretus reſpondit, tantũ abeſſe vt ali
quid remittere vellet, vt etiam longe grauiora imperaret.
quo reſpõſo miſer populus & omnino exhauſtus, cõmotꝰ
cœpit detrectare illius imperium, & tum 10 tribus elegerũt
Ieroboam, duæ tantum imperata fecerunt, Iuda ſcilicet &
Beniamin, vbi mihi admiratio ſubit fœcunditatis peruerſi
populi, quam coaleſcebat mirũ in modum, vt in duabus tri
bubus & vna eaꝗ ſatis ſterili in loco ſita vrbe. 180. milia ar=
matorum reperirentur. Iam deſino mirari ſeptingenta illa
millia hominum, quæ emittebat imperiȷ̇ Romani pertinax
emula Carthago. Alter autẽ Hierohobam accerſitus in re-
gnum, non ſatis fidens multitudini niſi varia & diuerſa re=
ligione animos ſuorum alliceret, & ne ſenſim frequẽtando
Hieroſolymis ſacrorum gratia, a ſe deficerẽt, illa præcipue
ſacra & q̃ ſciebat populo placere, & q̃ in ægypto apud Sera=
pim vituloſꝗ dudũ fama imbiberãt exhibuit, fecitꝗ breui,
vt Populi animus plane a deo, & optima hæreſi deſciſceret.
Sicꝗ ea occaſione factum eſt bellum inteſtinum. Illi Hiero
ſolymis ob ſacra pugnabant, hi extra, idola cum licentia, &
impunitate ſcelerum omnium coniungebant. Vnde factũ
eſt, vt vinea domini in ſe diſperſa ducta ſit in captiuitatem,
ob peccata populi: quæ quia occaſione regum Samariæ, &
ſacrificantium idolis & extra Hieruſalem contigerant, pars

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

illa, quæ cum ſacris literis colebat idola hæretica, & indigna
cum qua conuerſarentur vel cõmunitate characterum, a vi
ro probo merito iudicata eſt. Statimque poſt captiuitatem,
animũ diuerſis characteribus reperiendis appoſuit. Quod
autem hæretici & gentilibus deteriores, cęteris viderentur
& eſſent, teſtantur multa ſacrarum literarum in nouo teſta
mento loca præcipue vnus, vbi ille qui a Chriſto in para=
bola, animo (quanuis Samaritanus ſeu ethnicus) magis pio
& ſyncero declaratus eſt, in illum, qui inciderat in latrones,
quam ſacerdos qui legis intumeſcebat gloria. Chriſtus eñ
vocabat plebem ſuam non plebem ſuam. Huic accedit illa
diuinæ gratiæ ſiticuloſa, quæ ad puteum venerat, ac ſuæ gẽ
tis ritu rogabat nun pro cõſuetudine, adorari deus deberet
Hieroſolymis, aut in Samaria vel in mõte. Cui ſummus il=
le ſalutis author ait, vt nec προσωποληψίαν apud deũ ita nec
olim loci futurum. Ibidem illa mulier ſatis aperit inteſtinũ
odium, quod Iudæi cum Samaritanis habebant. hoc mutan=
dorum characterum ſi quid conijcio, fuit cauſa. Eſſe autem
huius modi formas antiquas, argumento mihi fuere numiſ
mata argentea, magnam admodum antiquitatem repreſen=
tantia, quæ excuſſa vidi apud ipſos iudæos, qui ea vſque=
adeo magni theſauri loco ducũt, vt vnũ (quod alioqui quin
cũce non æſtimes) non potuerim mihi duobus aureis nu=
mis redimere, aſſeruntque eſſe a temporibus Solomonis.
Quum autem has meas de cauſa mutationis characterũ (nõ
quidẽ illas nouo teſtamento confirmatas) coniecturas ipſis
Iudæis aperirem; dicebant eſſe veriſſimas, & a multis ſuo=
rum doctorũ ſcriptas. Iũgebantꝗ nil aliud eſſe cauſæ (quũ
alioquin ipſos Samaritanos cane peius & angue oderint,
quos vix colloquio dignos putant) cur ita chara illa numiſ=
mata habeant, niſi quia illi characteres illic exculpti, olim ſi
bi in vſu familiari fuiſſent, quaſi natura quadã illos ad pri=
ſtina reuocante. Aſſerũt etiã in dies Hieroſolymis, quæ ho
die Chus aut Chuſſembarich dicũtur, in macerijs & rude=
ribus profundiſſimis hæc crebro ab effoſſoribus reperiri,
eſſeꝗ antiquitatis certiſſimum argumentũ quod illic ſcri=

bitur, Hieruſalem ſancta, quam Samaritani ipſi a tempori=
bus Salomõis nec ſunt ingreſſi, nec ſanctæ nomine digna
ti ſunt, vt qui adorarent in monte extra Hieruſalem, & co=
lerent idola, ſemigentiles & ſemiiudæi. Vnde lõge abeſt vt
voluerint vrbem, quã habebant aduerſariã & odioſiſſimã
ſuis characteribus celebrare. Exculpendũ illud numiſma
mihi curaui, & hic adſcribẽdum. Quod autem temporibus
Hieronymi etiãnũ conuenit, Illi Iudæi Samaritani tantũ
πεντάτευχον, id eſt quinꝗ moſis libros recipiunt, alias hi
ſtorias & prophetas loco fabulę, & deridiculo habẽt. Adau
gent meam coniecturã, quod illud magnum nomen dei te=
tragrammatum, admodum conuenit in Græcis exemplari
bus cum ΠΙΠΙ, duo enim iodin ׳׳ vt depingũt etiã=
nũ nomen ineffabile Iehoua, aut adonai, idem faciebant a=
pud illos, ſic [illegible]. & nunc eſt illis in vſu vt nomen
tetragrammatum ita pingant. Punctis hodie quæ habebãt
Hieronymi temporibus, carent, leguntꝗ ſine punctis de=
prauate admodum. Illorum grammaticam proprijs chara
cteribs depictam, Arabice vero explicatam mihi magno
ab vno illorum redemi, & in Galliam attuli. Quum autem
ipſiſſima ſit hæc lingua Hebraica, præter alphabetum, &
numiſmata nil ex ea adſcribere volui.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Alphabetum Hebraicum antiquũ, nunc Samaritanorum.
Prima figura typographica est altera chirographica.

ࠀ aleph a,e,i,o,v.
ࠁ beth b. vel v. cõsonans
ࠂ gimel. g
ࠃ daleth d
ࠄ he h aspiratio leuis.
ࠅ vau v consonans & vocale.
ࠆ zain z
ࠇ Heth hh aspiratio fortis.
ࠈ teth t
ࠉ iod i vocale & consonum.
ࠊ chaph ch k hebr.
ࠋ lamed l Hebræorum est inuersum.
ࠌ mem m
ࠍ nun n cõuenit hebræ.
ࠎ samech s
ࠏ hain a,e,i,o,u. aspirata.
ࠐ phe ph, vel p.
ࠑ tzadic tz, vel zz, Italorum.
ࠒ coph k
ࠓ res r
ࠔ sin ss hebr. conuenit.
ࠕ thau th

ירושלים הקדושה Ierusalaim halzedossah.
Ierusalem sancta.
שקל ישראל Selzel Israël
Pondus seu numisma Israël.

Grammatica ipsa nil differt ab Hebraica, ideo vbi characteres differentes habes, omnia habes.

De lingua Punica, Arabica'ue.

HAEc est omnibus religionis Muhamedicę cultorib⁹ grãmatica, & vsq; adeo orbem totũ occupauit, vt si trifariam inq; tria ęqualia totã habitabilem diuidas, vix vna pars extra hanc possit reperiri. Habet totã Affricam, præter Nubianam illã regionem, quæ a Prętano Christiano incolitur. Tota Asia a nostris litoribus per antipodes vsque ad illã partem quæ in occidua nostri hemisphęrii parte est, hac vtitur. Quos em̃ primos hominũ sua nauigatione orbem totum ab occidente per antipodes in ortum lustrando Magellanus vltra Americam reperit in maioribus Moluccarum insulis, illi nugas Muhamedis obseruant. Ad Taschaltical & Curistical ac Temistitan, quãuis præcipua pars Idololatræ sunt, hæc pestis peruenit. Præter quosdam Indos & Narsinganos, quos fabula non est dęmonem colere ne sęuiat, tota Asia illius dogmata amplectitur. Iam & in Europa hæc pestis grassatur, occupatq; totam Græciam, Macedoniam, Thraciam, Daciam, zagyges seu Hungarię partem, Seruuiam & Bosnam, quæ est pars Pannonię superioris, vt nulla sit hodie lingua, nec vsquam olim fuerit, quæ in tot orbis partibus locũ habeat. Taceo genera disciplinarum præclarissime ab illius linguę authoribus pertractata. Astrologiã, & rei medicæ praxim illis debemus. Nugentur quicquid velint nescio qui neoteristæ, qui maledicendi quadam libidine sibi nomen redime-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

re eruditionis volunt.quum tamen, ausim deierare, nullus sit hodie virorũ doctorum & in melioris notæ praxi exercitatorum, quin postquam egregie a Galeno hausit ipsam theoriam non versetur in Arabibus. Quis enim neget sæcula proficere semper? Galeno ars proscripta, tanquam ab inferis reuocanda fuit, & cõtra tot mõstra Asclepiadarum, Thessalorum, Erasistratiorum, multum verborum ad rem parum conducentium coactus fuit dicere, vt possint multa longe minori compendio tractari, quam fecerit ipse. Adde neminem vnquam artem reperisse & consumasse. Quam multa autem quæ felicissime nobis hoc sæculo succedunt, Arabibus solum, non, Galeno debemus? Nolo recitare omnium medicinarum temperamentum sacharum, rhabarbarum, nec enim hodie quod nunc habemus antiquorum est, sed a traditione pœnorum, turbit, sene, manna præstantissimæ medicinæ, & composita illa scherab, giulab, suffuf, lohoc, roob, & huius modi, quæ ita nobis sunt in vsu, & singulari commoditate, vt sine maximo detrimento tolli non possint. At dices, nun vis hoc erudito sæculo, nos haurire rem medicam ex tanta barbarie? quum possem illud cum Celso dicere, morbos eloquentia non curari, illud vnum requiram a vobis. Quis in melioribus ac latinis disciplinis, vel mediocriter versatus, voluisset ante. 20. annos in summa illa veteris translationis Galeni barbariæ versari? adeo erat interpretum & temporis vitio corruptus, vt a se ad magis barbaros abigeret. Nunc vero vbi illius lingua innotuit, vbi latine a latinis hominibus datus est, omnes allicit, incitat. Nonne censes idem futurum si semel per illius linguæ familiaritatem latine loqui inceperint? nonne putas interpretum vitio illic multa admissa minus probe? At in illis sunt errores, nec desunt apud Galenum, Aristotelem, & quemlibet antiquorum quæ possint repræhendi, ac falsa ostẽdi. Sed vbi numerus minor, illic certe citius recurrẽdũ. Quid? quod videas dillucide & clare dictũ apud Aben Sina vna aut altera pagella tantũ, quod vix Galenus cũ suo Asiatismo quinque aut sex libris maximis absoluat? Sed

missa hæc faciamus. Satis magnam huius linguę vtilitatem cognoscebant præclari illi viri in concilio Viẽnensi vbi salaria representari viris doctis: qui Græcas Arabicas, & Hebraicas literas docerent, statuerunt. Visum est autem operæprecium subiungere decretum desumptum ex clementina de magistris. Vbi Clemens quintus multis variarum linguarum cognitionem necessariã ostendit, sic ait. Vt igitur peritia linguarũ huiusmodi possit habiliter per instructionis efficaciam obtineri, hoc sancto approbãte consilio, scholam in subscriptarum linguarum generibus, vbicũq; Rhomanã curiam residere contigerit, necnõ in Parisiensi, Oxoniensi, Bononiensi, & Salamantino studiis, prouidemus erigendas, statuentes, vt in quolibet locorum, teneantur viri catholici sufficientem habentes, Hebraicæ, Arabicæ & Græcæ linguarum notitiam, duo videlicet vniuscuiusq; linguæ periti qui scholas regant inibi, & libros de linguis ipsis in latinum fideliter transferentes, alios linguas ipsas sollicite doceant, & cætera quæ sequuntur de salariis a prẹlatis monasteriis, capitulis reprẹsentãdis. quæ omnia magnum vsum linguę affirmant. Est autẽ hæc lingua Hebraicę adeo affinis vt siquis sit diligenter versatus in Hebraismo, possit ante biennium bonam partem illius linguę intelligere. Scio qui periculum fecerim. Ob illã enim comprehendendi celeritatẽ illi Turchæ qui me docebant Constantinopoli me dæmona appellabant, quod viderer præter consuetam illis diligentiam omnia capere. Id enim sine iactantia de me ausim dicere me plus vno & altero anno in ea lingua profecisse quam multi illorum toto sexennio soleant. In grãmaticis enim sæpe amplius morantur. Nec mihi mea illud singulari diligentia accidebat, sed quia iuuenis satis diligenter sacras literas iungendo Hebraismo insudaueram. Amplectamur igitur hoc linguæ beneficium, quo cum Mauro, Aegyptio, Syro, Persa, Turcho, Tartaro, Indo, & vt semel dicam fere in toto terrarum orbe sine interprete conuersari valeamus, Qua optimos authores & disciplinas possimus nostris hominibus

tradere, omnes Christianæ fidei hostes scripturarum gladio confodere, eos ipsorum dogmatibus refellere, totius orbis commercio vnius linguæ cognitione vti. Vt autem id fiat autores optimos & grammaticam, in has partes attuli, olim si deus dederit, omnia in rempub. bonũ editurus. Post Alphabetum & aliquot oratiunculas, ac legendi præcepta, nominum & verborum tabulę subsequentur, habent enim sicut & Hebręi, tres orationis partes, Nomen, verbum, & dictionem, quæ consignificatiua comprehendit.

Alphabetum Arabicum.

Quia nondum ad ipsos vsus typographiæ peruenit, volui varia caracterum genera quibus diuersimode vtentes manu scribunt depingere, quo res esset clarior.



Eliph. parua figura, & obtorta quiescēs, Chaldæis conuenit. a e i o v,
be b, quum autem habet tria puncta, subscripta est p. quo alioqui carent
te t
the th d
gim g, vt profertur cum i & e, latinis, nam sonat vt ia, ge, gi, io, iu,
he h mediocris aspiratio.
che hh fortis aspiratio
dal d
dhal dh
re r
ze z
sin s ab Heb.
schin ss vel sch Heb.
tzzad tz ts
dhad zd sono medio ĩter z & d.
te t
thdhe td, vel sono medio inter z & t
ain a, e, i, o, v,
gain g, vt proferũt latini cũ a & o
phe, ph Arabes subscribunt punctum, turcę contra
caph k Arab. suprascribunt vnum punctum. Turch. duo.
cheph ch. o. sonat Turchis durius habens supra se tria puncta
lam l conuenit Heb.
mim m connenit Chald.
nun n conuenit Chal.
vau v consonum vel vocale, vt habet punctum
he h
lam eliph est cõposita figura ex duabus
ie i consonans
lam mim, lam, phi, alai. abbreuiationes sunt.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Vbi sunt duo characteres simul ligati, primus est principii & medii, secundus in fine tãtum locum habet. Quando ponuntur post istas sex literas ا د ذ ر ز و (Solent enim omnes literas præcedentes ligare cum cõsequenti in principio vel medio dictionis) soli depinguntur, vt sunt vltimi characteres, nec adhærent præcedentibus sex literis.

De punctis.

Hæc, quemadmodum & cæteræ oriẽtales præcipue quæ aliquid cum Hebraica affinitatis habent, caret vocalibus, quarũ loco punctis vtitur. Habet autem tria simplicia puncta, quę vbique dictionis possunt adscribi, & tria duplicia, quæ in fine dictionis tantum, idque raro, locum habent. Puncta quæ sunt supra lineam sunt supra literas scribi solita, quæ infra, infra.

Phatah, vstũ, nasab, a declinãs ad e, maior figura ẽ a.

chesre, esre, ger, i.

rapha, othur, tzum, v, supra vau, est o.

nasab, tenuin, an.

ger tenuin, in.

rapha, tenuin, vn.

Tesdid est loco dagghes ad fortificandas literas.

gisme est signũ quãdo cõsonans caret vocali puncto.

Quamuis nullus sit illis, nisi in suo Alphurcan aut alcorã & puerorum introductionibus, punctorum vsus, tamen conabor aliquid sacrarum precationum cum punctis scribere, & latinis characteribus exprimere, vt inde lector se possit conferre tutius ad lectionem sine punctis, cuius ars ex tabulis nominum & verborum, atque ex grammaticis præceptis breui a nobis dabitur. Vbi se offeret aliquis Mecœnas nobis qui numeret characteribus diligẽter excussis oĩa emittemus in lucẽ, præcipue quæ ad introductionem facere videbuntur. Omnia enim nostra in reipublicę commodum vertere decreuimus.

Sillabæ quædam & abbreuiationes cum oratione dominica.

آ اَ اِ اُ اً اٍ اٌ

a, e, i, o, u, an, in, in, vn,

ابن تخ ...

be, beb, teg, teh, lehain, lam, lam, thum,

حي الى على في ها هو ...

hai, ila, hala, phi, ha, hum, schaichum.

بسم الله الرحمن الرحيم

بسم الاب والابن والروح القدس امين صلوة الله كمثل علمها عيسى

ابانا الذي في السموات قدوس اسمك تاتي ملكوتك تكون مشيئتك كما في السماء وعلى الارض ٥ خبزنا كفافنا اعطنا في اليوم واغفر لنا ما يجب علينا كما غفرنا لمن اخطا الينا ولا تدخلنا التجارب لكن نجنا من الشرير ٥ لان لك الملك والقوة والمجد الى الابد امين

كرامة وتسبيح وحمد وقوة وافتخار وعدل لله ملك العالمين للوحيد الى الابد ٥ امين ٥

1 Bissimil=lahir=rachmanir=rachimi 2 bissmi abain veibnin veruchic= 3 cadussi Ami. Tzalahul-lahu 4 chemithal alamaha Essai 5 Abana illadhi phis=semeuathi 6 cadus ismeche, tata melchuteche 7 techunu mescheiteche chema phis= 8 samai veala elarzi, 9 chobzna chephaphna ahthana phil= 10 iaumiveahpher lanamaiugibu alana 11 chema hapharna lemã ahtha alana 12 vela tadchulnat-tegiaribu lachine 13 negena min elseriri leine lechem- 14 meluchu veel cauathu veel megedu ila 15 elebdi. Amin.

16 Cherametun vetasbihun vecauatum 17 actirarum veedelum lillahi melichil 18 alamini liluahadi ila elebdi.

Amin.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

Sententia Latine.

IN nomine dei miſericordis pij 2 in nomine patris &
filij & ſpiritus 3 ſancti amen, oratio ad deum 4 ſicut
docuit eā Ieſus. 5 Pater noſter qui(es) in cœlis 6 ſan
ctum eſt nomen tuum veniat regnum tuum, 7 fiat volun
tas tua ſicut in 8 cœlo & in terra 9 panem noſtrum quoti=
dianum da nobis ī 10 die & dimitte nobis (peccata noſtra)
quod debetur ſuper nos 11 ſicut dimiſimus peccantibus in
nos 12 & ne facias nos ingredi tentationem ſed 13 libera
nos a malo. Quia tuum (eſt) 14 regnum, & potentia & glo
ria in 15 ſecula Amen. Honor, & laus, & gloria, & virtus
17 potētia & iuſtitia deo regi ſeculorū ſoli in ſecula. Amē.

De legendi ratione.

Solēt Arabes fere omnibus nominibus ſuis præfigere al
i. lam Eliph, loco articuli & Emphaſis gratia, & huiuſmodi:
articulum attrahere & connectere cum præcedentis dictio
nis puncto, propterea lego bis mil lahir rahmanir. &c. huiuſ
modi autem articulum euphoniæ gratia vertunt in literā
ſequentem ſi patitur prolatio, vt in bis mil lahi, quia prima
litera nominis diuini allah. eſt l. ſeu lam. (nam prius al eſt
articulus) lah vero eſt nomen dei, propterea lego bis mil
lah, non bis mi allahi vt ſcriptum eſt. poſt vero hi iungo r.
dicendo hir, quamuis nulla ſit ſtatim ſequens talis, ſed quia
prima iſtius vocis, rachman eſt, r. propterea muto l in r eu=
phonię gratia, & dico bis mil lahir, rachmanir rachimi. non
bis mi allahi alrachamani alrachimi vt ſcriptum eſt, & vt le
git plebs, ſed doctorum eſt ab initio imbibenda conſuetu=
do. Si vero poſt articulum ſequatur aliqua litera quæ non
poſſit recipere mutationem articuli, vt ſunt omnes guttura
les literæ, tunc legitur omnino articulus. vt in verſ. 8. veala
elartz, & in terra. quia illic ſequitur eliph poſt articulū non
retrahitur in priorem ſyllabam. Illæ autem dictiones quæ
in principio habent eliph lam radicalia non leguntur iſto

more, ſed integræ vt in. 5. verſ. abana illadhi, quia illadhi. i.
qui, eſt dictio integra ſine articulo. Quādo al eſt in princi
pio ſentētiæ vel verſus nō attrahitur in p̄cedentē dictionē.
Regulæ generales. 1 Omnia nomina ſimpliciter prolata
i. ſine adiuncto deſinunt in, vn. ſi ſint cum articulo deſinūt
in v. tantum. (Nam poſt al, articulum nuſquā venit tenuin
. i. duplex aliquis punctus.) Etiam, omnia nomina quę in cō
textu ſunt vice ſuppoſiti. non poſſim ſubijcere exēpla cha
racterum penuria. 2 Omnis dictio recta. i. quæ poſt ver
bum tranſitiuum venit ſine al, articulo in fine habet an, cū
al habet a. 3 Omnis dictio coniuncta (in nomine ſemper
intelligo) habet ſine al, in fine in, cum al. i. 4 Omne ver
bum futuri temporis deſinit in v. Vide omniū regularum
exceptiones. A prima regula excipies nomina vnius actio=
nis & vnius modi (quorū exempla in tabulis dabimus) quę
habent perpetuo an, in fine ſicut & aduerbia numeralia: vt
ſemel, bis, ter, quater &c. Et nomina in ablatiuo abſolute po
ſita: vt neharan, id eſt die. nan nehar. diem ſignificat, & lai=
lan. nocte, laila enim noctē ſignificat. adde quod in ſequen=
tibus ſubiungemus multas dictiones quæ ſolent facere, vt
tam nomina quam verba in fine varia puncta habeant præ
ter regulas prædictas. Hæ tam literæ quā dictiones faciunt
vt nomen proxime ſequens habeat in fine (præter affixa vt
hu, hum, chū, che, nun, ie) chesre, vt, caph, ſicut. lam, ad. be,
in. te, per. vau, per. ie, per. iurādi dictiones, min, ab. ila, ad.
phi, in. hatai, donec. rub, frequenter, han abs, mudh munz
a, abs. chaſchai, chala, hedai, præter. Hæ vero faciunt vt no
men proxime ſequens habeat naſab vel phathah, in fine, il
li vero adiunctum nomen habeat tzum, vel raphah. Ina vt,
ana ſi, chana. ſit, lachena ideo. Hæ faciunt vt ſit rapha in fi=
ne nominis ma, cum, illa, niſi, l, ia interrogandi, eliph, hia,
vocandi. Hæ faciunt ne futurum habeat vllum punctum
in vltima. Ina, vt, len, ne, chi, quia, adhn, quare. Hęc ſunt cō
muniora quæ eximuntur a prædictis canonibus. reliqua in
grammaticis. Officia literarum conueniunt cum Hebræis,
atque Chaldęis, niſi quod hic dal non ſeruit, phe vero valet

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

coniunctiouem copulatiuam &, atque, autem, eliph vero
præter communia cum reliquis officia signum est vocandi,
comparatiui, pluralis, interrogãdi, dualis, ob id vbi Hebrai-
carum, aut Chaldaicarũ literarũ noueris officia & istarũ ha-
bes. Nunc quædam de partibus orationis illorum subiun-
gemus, sunt autem tres sicut & Hebræis, اسم فعل حرف is me
pheal herph, id est, nomen, verbũ, dictio. Sub dictione au-
tem comprehendunt omnes orationis partes, quas præter
nomen, verbum, & participium habemus. Primum de ver
bo tractabimus, subscripta vnica forma (quam cæteræ om-
nes imitantur) diuerso tamen ab illorum ordine, quia solent
post præteritum, a quo incipiunt, & futurum, statim quæ-
dam nomina & infinitiuum adscribere, quem ordinem ali-
quantum immutabimus rem minime. Imo faciliori me-
thodo sic fiet. Habent autem verborũ tempora diuersis vo-
cibus duo tantum præteritum, quod mazi vocant & futu-
rum, sed sub futuro significatio pręsentis comprehenditur,
alioqui participio præsentis temporis, & verbo substanti-
uo more Hebræorum vtuntur. Sed suo more supputãt sex
modos mazi, id est, præteritum, & Muzareh, id est, futurũ,
seu pręsens, & amr, id est, imperatiuum, & nehi, id est, pro-
hibitionem, atq; duo participia, seu, vt vocant nomina, par
ticipium præsentis vocant phail, id est, agens, & alterum,
maphul, id est, patiens. Hæc duo nomina, & si soleant cum
verbis reponere, tamen quia sunt, seu quædam generalis
forma ad pluralia aliorum nominum, illa classi cæterorum
nominum præfixa volui. Adscripsi primo in tabula formã
præteriti, quæ a tertiis personis singularis, dualis, & plura-
lis numeri masculini incipit. Tum, totidem sequuntur per-
sonæ eorundẽ numerorũ generis fœ. Post, secũdæ tres ma
sculini, & pari numero fœminini generis, duæ sequũtur lo
quentes pro seipsis, vna singularis, & altera pluralis. Habẽt
autem isti numerum dualem in omnibus verbis & nomi-
nibus, & infinitiuis, nisi in primis personis, quod reddit hãc
linguam, mirum in modum certam. Ab omni autem verbo

actiuo, formant in omnibus temporibus passiuum, isdem li
teris, sed diuersis punctis, & vocant Maghul, id est, ignotũ,
vtpote vbi agens nõ innotescat, sed patiens tantũ. Quam-
uis & quandam, raram tamen, habeant formandi verbi pas
siui cum accessione quarumdam literarum consuetudinem
quam in grammaticis amplioribus, characteribus formatis
seruabo. Pręteritum apud istos non recipit ante se negatio-
nem, sed quum volunt aliquid ante acto tempore negare fa
ctum præfigunt lam, quum simpliciter negant, & lema quũ
asseuerant, ipsi futuro. Quum autem impræsentiarum non
fieri asserunt, eidem præscribunt ma, si futurum negant la,
si constanter negant præmittunt len, duas autem istas nega
tiones futuri vocant nephi estekbal, id est negatio futuri,
vt pręsentis nephi hal, id est, negatio pręsentis, sed negatio-
nes pręteriti vocant gehed, id est, negationem, alterã gehed
takid, id est negationem firmam. Omnes huiusmodi nega-
tiones &iam præfiguntur passiuo, Sed non mutant in vlla
re verbi puncta, nisi ma & lema in præterito negato. tollũt
enim punctũ ab vltima litera radicali, & nun vbi venit post
syllabam longam, vt post eliph, vau, & ie, quæ repræsentãt
pũcta longa, vt Hebræis. Imperatiuus tertiæ personę quod
ad formam attinet, nil diuersus est a tertiis personis mascu.
& fœ. generis futuri, si præfigas ta, literã cũ puncto chesre,
& ab vltima radicali tollas punctum, aut nun literam post
longas syllabas, vt dixi fieri in futuro post ma & lema. Eadẽ
ratio est secundæ personæ, si loco lam, ponas eliph cum ra-
pha, aut alio pũcto, vt natura verbi postulat. Horũ maghul
id est, pass. fit eadem ratione qua in futuro dixi. Nehi, id est
prohibitio fit in imperatiuo, si loco lam literæ negationem
la præfigas tertiis personis illis, tam masc. quã fœ. generis.
Prohibes secundam personam, si secundis futuri vtriusque
generis eandem negationem præponas. Passiua facies om-
nia eadem ratione qua & prius, in futuro. Hanc tabulã quo
ad finalia puncta attinet (nã media & prima sępe differunt)
in omnibus omnium formarum verbis imitabere in perso
nis semper præcedit masculinum genus.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

فعل الماضي
نَصَرَ نَصَرَا نَصَرُوا نَصَرَتْ نَصَرَتَا
نَصَرْنَ نَصَرْتَ نَصَرْتُمَا نَصَرْتُمْ
نَصَرْتِ نَصَرْتُمَا نَصَرْتُنَّ نَصَرْتُ
نَصَرْنَا ٥ المجهول نُصِرَ ا وا ٥
المضارع يَنْصُرُ يَنْصُرَانِ يَنْصُرُونَ
تَنْصُرُ تَنْصُرَانِ يَنْصُرْنَ تَنْصُرُ
تَنْصُرَانِ تَنْصُرُونَ تَنْصُرِينَ
تَنْصُرَانِ تَنْصُرْنَ أَنْصُرُ نَنْصُرُ ٥
المجهول يُنْصَرُ انِ ونَ ٥
المصدر نَصْرًا نَصْرَانِ أَنْصَارٌ ٥
الجحد لم يَنْصُرْ ا روا تَنْصُرْ ٥
جحد تاكيد لما ينصر ٥ امر غايب
لِيَنْصُرْ ا وا لِتَنْصُرْ ا لِتَنْصُرْنَ ٥
امر حاضر انْصُرْ ا وا ى ا رن ٥
المجهول امر غايب لِيُنْصَرْ ٥ المجهو
امر حاضر لِتُنْصَرْ ا وا ى ا رن
لانصر لِتُنْصَرْ ٥ نهي غايب لا
ينصر ا وا لا تنصرت ا رن ٥
ومجهوله لا ينصر ٥ جحد من
المجهول لم ينصر ٥ ومن التاكيد
لما ينصر ٥ نفي الحال ما ينصر
ومجهوله ما ينصر ٥ نفي الاستقبال لا
لا ينصر ٥ ومجهوله لا ينصر ٥

Verbum præteritum
1 Maſc. iuuit, iuuerũt duo, rũt, pl. F. uit, rũt, d. rũt, pl. M. ſti 2 ſtis. d ſtis pl. 3 F. ſti, ſtis, d. ſtis pl. iuui cõis gn. 4 iuuimus. c.g. Paſs. iuuatur, ntur, d. ntur, pl. 5 Futurũ M, abit, bũt. d. bũt, pl. 6 F. bit, bũt. d, bũt, pl. M. abis. 7 bitis duo, bitis pl. F. abis. 8 bitis duę, bitis pl. abo. c.g. abim⁹ c.g. 9 Paſſiuũ, abitur, bũtur duo, buntur, plu. 10 Infinitiu⁹. iuuare. are du. are pl. 11 neg. præter. M. non iuuit, rũt duo, rũt pl. F. non iuuit. 12 negatio vehemẽs. M. nequaquã iuuit. Imperat tertiæ. 13 iuuet, vent. du. vẽt pl. F. vet. vẽt. d. vẽt. 14 Imper. ſecundæ, ves, vetis. d. vetis pl. F. ves, etis, etis. 15 iuuem. em⁹, prohibitio ter. pſ. M. ne, 16 iuuet ent. d. ent pl. F. ne, u& nt. d. nt, pl. 17 & paſſ. ei⁹ ne, uetur. Negatio p̄teriti de 18 paſſiuo nõ fuit, utus. & de aſſeueratiõe. 19 nequaquã fuit adiut⁹, negatio pręſentis nõ iuuat 20 & paſſ. ei⁹ nõ adiut⁹ eſt. negatio futuri 21 nõ iuuabit, & paſ. eius non iuuabitur.

M. maſculinum, F, fœminæum, D, duale, pl, plurale ſignificat. Verbum ex verbo ſpatiis, lineam ex linea numeris cognoſces. alioqui enim non potuiſſet contineri interpretatio e regione.

Poſtquam paucis, & quantum exculptarum tabularum tenuitate licuit, verba ipſa ſub vno exẽplo abſoluimus, videndum eſt, vt idem de nomine fiat. Primum in vno & altero participio videbitur forma dualis & pluralis numeri, & modus formandi fœ. a maſc. Sed mihi videor non ſatis rẽ ipſam aperire niſi inflexionis nominũ, id eſt, variationis a ſingulari ad dualẽ & pluralẽ, & ad fœmininũ obſeruationẽ rudiorũ gratia, vt qui cupiã omnibus prodeſſe, aperiã, atq; oẽs ſubiectæ tabulæ particulas minutim exponã, vt in verborum tabulis feci. Primo loco igitur eſt participiũ præſentis temporis quod ſeruaueram ex ordine ipſorũ verborũ. ſingularis præcedit, dualis ſequitur, pluralis abſolutus, id eſt, ſine conſtructione eſt in tertio loco, tres voces ſequentes ſunt pluralis conſtructiui (quanuis ſæpe confundunt) quartus locus eſt fœminini, in tribus numeris. Sequitur aliud participium præteriti temporis paſſiuum, pari numero & genere. Forma inde diminutiuorum eorundem temporum & nominum, Inde nomen excellens, id eſt, quod ſignificat rem non perfunctorie fieri, nec per trãſennam, ſed diligentiſſime, quod vna tantũ voce demonſtrant Arabes, mirum quanta fœlicitate, quamuis illæ duæ formæ non tam ſunt ſcriptæ propter deductionem a ſuo verbo, quam propter formam. Nomina enim quando ſignificant aliquid ſenſim & perfunctorie fieri, ita formantur vt prima forma. quando totis neruis (quod aiunt) fit excellens, vt in ſecũda. Reliqua nomina quæ virgulas habent pro exemplo, ſunt pro forma imitanda tantum non pro ſignificatione. vt ſunt nomen loci & tẽporis, inſtrumenti, vicis vnius &c. Sequitur inde verbum cum affixis, vbi & nominis ratio habenda eſt. inde variæ & promiſcuæ formæ nominum & comparatiuorum, quantũ tabulę excuſſæ & compendii ratio exigit, ſe offerunt.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

اسم فاعل
ناصرٌ ناصران ناصرون نُصّار
نُصّر نُصَرة ناصرةٌ ناصرتان
ناصرات نواصر ٥ اسم مفعول
منصورٌ منصوران منصورون ومناصر
منصورة منصورتان منصورات ٥
ونُصَير منهم فاعل نُوَيصر ٥
مفعول مُنَيصرٌ ٥ ومبالغة فاعل
نصّار ٥ مصدر ميمي اسم زمان اسم
مكان مَنصَر ان ات ٥ اسم آلة
منصر ان ات ٥ بناء مرة نصرة
تان ات ٥ بناء نوع نِصرة تان ات
اسم منسوب نصريٌّ يان يون ية
يتان يات ٥ اسم تفضيل انصر
ان ون نُصرى نصريان نصريات
فعل تعجب ما انصره وما هم
لهما هن ك كما كم ك كنّ
ي ني نا ه اختلاف الجمع
بالف ماء مياه شيء اشياء عضو اعضاء
بدن ابدان مرض امراض لون الوان
حمى حميات قليل اقل كثير اكثر
قوي اقوى طويل اطول طويل
جدا لذ الذّ او لذ من هذا كذا
جدا رطب رطوبة ترطيب يبس يبوسة
برد برودة تبريد ه وجمع بواو راس
رؤوس بطن بطون حلق حلوق
حرف حروف افراط تفريط وضع
موضع مرض مريض لان لين
برا برأة صحة صحيح

1 Nomen agens.
2 iuuans,duo iuu.teſ.p. tes.pl.maſcul. 3 tes,tes, uans,f.tes.du. 4 tes plu. tes plur.Nomen patiens.
5 adiutus.ti.d.ti.p.ti.p.
6 ta,fœm. tæ.du.tæ.pl.
7 & dimin. eorũ.agẽs. parum iuuans. 8 & patiens,parum tus.& excellen. ag. 9 uãs multum. Infin,cum mẽ,no.tempo. no. 10 loci-nomen inſtruenti- 11 -nomẽ intentionis vicis vnius.-
12 -Inten.vnius modi-
13 nomen gentile.-
P4 -adiectiuum,- 15
16 Verbum affixũ.quis iuuit eũ eos duo, eos. pl.
17 illam,illas duas,illas, p.te vos duos vos. maſc.
18 te,fœm.vos,du.F.18. vos.p.F.me,nos, differentia plu. 16 cũ eliph.aqua, æ,res,res.p.membrum.a,
20 corpus, ra, morbus, bi.color, res. 21 febris, ęs.parum, minus.multũ, plus. 22 fortis,ior,longus,ior.lõgus. 23 valde. ſuauis,ior.vel ior iſto.ſuauis. 24 valde.humidus. ditas. ctatio,ſiccus, citas. 25 frigidum,ditas,gefactio.& plur. cũ vau caput 26 capita, venter, tres. guttur,guttura. 27 litera,literę.exceſſus,diminutio,poſuit. 28 locus.morbus,ęger.tenuauit,tenue. 29 ſanauit,ſanitas.robur ſanus.

Regulæ quædam lectionis ab ipſis Arabibus deſumptæ, vt confirmentur quæ ante dixeram, vbi referas omnia ad numeros lineæ inſeruientes,quia aliquando linea lineæ non poterit reſpondere.

الكلام مبنى على ثلثة معان الفاعلية
والمفعولية والاضافة فالرفع
للفاعل فالنصب للمفعول فالجر
للمضاف اليه وما سوى ذلك يلحق
بها حرفان ترفعان الاسم وتنصبان
الخبر ما ولا نحو ما احدٌ حاضرا ه
حروف تنصب الاسم وترفع الخبر
انّ وانّ كانّ ولكنّ نحو انّ زيدا
قائم حروف تخفض الاسم واحد فقط
بك ووت القسم من الى في على
رب عن مذ منذ حتى حاشا عدا خلا
نحو جاء ن بزيد و بالله وتالله
اليوم الان حينئذ قد فقط خذ
متى بقت بكرة صبح ظهر عصر
مغرب فقط عشا امس غدا عام
بعد غدا اين ماين ثَمّ ثُمّه هنا هناك
ما لما البتة اخفظ اذ اجل مرادا
هل ايضا اذا احد جدا مثل كمثل
بدنا مارة

بين فوق غير سوى بلا لكن
بل يلي دون من اجل بعد
خول قدم مع معا قبل
انا اني لي انا على نحن لنا الينا
انت انتم انتن هو هما هم ما اي
اذنى ذا هذا هو الذي ذان
الذين التي اللتان الاولى اياه
من ذا ان ذين تلا ذى تي
تان تين ذاك ذلك ذاكن

1 Dictio diuiditur in tres ſignificationes.agentem, 2 patientẽ & adiunctionẽ. rapha autẽ 3 eſt in agẽte. & natzab ĩpatiente & ger 4 In adiuncto ipſi (nomini) & quicquid ęquale iſtis eſt cõprehenditur 5 in ipſis.Duę dictiões dãt. rapha nomini, & naſſab 6 adiũcto ſunt nũ & nõne,vt nũ ahmad pſens eſt? 7 Dictiões dantes naſſab nomini & rapha adiũcto 8 qm̃,ſi,lcz ſit,ideo,ſed, vt quod zeid. 9 ſtat in pedes. Dict. dantes ger in nomine ſingulari ſolũ 10 be,lã,cheph & ie,vau,te,iurãdi, de ad,in, intra, ſuper.pra, 11 ſæpe, de, ab, a, ab, abs,quouſq;,pter. ter, ter 12 vẽi rẽ cũ zeido. & p deũ p deũ. 13 Hodie,nũc,nũc, iã, tũ, & tũ. 14 qñ,mane,mane, diluculo, meridie, inter 2. &.3. hor. 15 veſpi,aliqñ, prima vigilia,heri,cras,pridie, 16 nudiuſtertius,vbi vnde,illic,inde,illuc,illac, 17 quid, adquid, vſq̃,nũ cuſtodio? intra,intro, 18 nõne? pariter,qñ,nuper,valde, ſicut,velut.19 primo, aliqñ.20 inter,tra,ſupra,ſine,ſine,ſub. 21 ab,circa, circũ, præter poſt,de,cauſa,poſt. 22 circa,ante,cũ,vna,ante. 23 Ego,ego,mihi ad me,ſuper me,nos,nos,nobis ad nos. 24 tu,vos,m,vos fœ.eum,ille, illi duo,illi pl.quis?quicũq;. 25 quilibet,iſte,iſte,iſta,fœ.qui,qui duo, 26 qui pl.q̃,q̃ duæ,q̃ pl,q̃ plu.quicũq; q̃cũq;.27 quis vel qui,iſte,iſti duo,iſti pl,iſta fœ,ſta,ſta, 28 ſtæ duæ,ſtæ plu,iſte,iſtud,ipſi.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

In hac tabula habes generalem regulam, quam ſolent de legendi modo tradere. Intelligunt autem dictionem illic ſolum dici de nomine. Verba habent ſuos canones ex emthilath, id eſt, ex coniugationibus vt præfiximus. Conſignificatiua autem vt ſunt coniunctiones, præpoſitiones, aduerbia, pronomina &c. ipſo legendi vſu percipiuntur, nec finalia puncta, vt nomina ſolent mutare. Per agens nomen, intelligunt quod grammatici noſtri dicunt ſuppoſitũ. Per patiens, dictionem rectam, per adiunctum vero poſſeſſionem, vt in, liber Petri, Petri eſt adiunctum, aliquando intelligunt adiectiuum ipſum, quod inferius vocant ſocium nominis præcedentis. Sed hæc dixeram ipſo exordio, poſt illas dictiones ſeu, vt herph, dictio illorum ſonat, literas (nomine enim literarum comprehendunt, quæ Græci σύγκατηγορήματα appellant, quemadmodum enim conſignificatiuæ dictiones nil per ſe niſi nomini & verbo iungantur ſignificant, ita nec literæ, nec ſyllabæ, niſi in dictiones ſignificatiuas coaleſcant) habes quæ ſolent mutare frequentius puncta vltima in ipſis nominibus. Multas pręterea in ſuo nahu id eſt, in illa grammatices parte, quæ de legendi & ſcribendi præceptis ſcribit, habent alias regulas illarum dictionum quæ nomini aut verbo, vel addunt, vel adimunt punctum in fine, verum illas in magnis grammaticis expectabitis. Subſequuntur aliquot aduerbia magis communia, vtpote temporis loci, &c. Illis præpoſitiones magis communes annexę ſunt. Pronomina autem & relatiua demõſtratiuaq́ faciunt tabulæ finem. Hanc noſtram in Arabicas literas introductionẽ, quæ cæteris exeundi cauſa fuit, ſi pro magnitudine expendetis fortaſſe ſuo cõpendio diminuet ſibi precium, ſin pro animo a quo proficiſcitur, & pro rei difficultate, ac fortunarum noſtrarum tenuitate eſtimabitis, æqui, bonique vos conſulturos certo ſcio. Scitis enim quam ſit arduum res ipſas ipſo exordio aggredi, & quam facile in noſtris cæcutiamus, in aliorum lucubrationibus nobis pluſquam lincæi ſint oculi.

De Indica lingua.

FAlſo & Hebraicę & Chaldaicarum (Chaldaicas autem voco duas illas quę in Aſia a puritate Hebraici ſermonis olim deflexerunt, vnam Aſſyriam Babilonicamve, alterã Hieroſolymitanã, quæ Chriſti temporibus, vt multis non leuibus arguẽtis conſtat, erat vulgaris in tota Syria, in prima quarum erat deſcriptũ Targum ſeu Paraphraſis Babilonica, in hac eadem, ſed Syro ſermone) linguarum ignorantia aſſeruit cum vulgaribus hãc eſſe Chaldaicã Iohannes Pothenus qui nobis pſalmos Dauidicos & Cantica Canticorum in hac lingua excudi curauit. Illi pro aſſerenda & altius referenda ſua origine Chaldaicam dicunt, quod audiuerint Chaldaicam ſtatim poſt Hebraicam fuiſſe primam. Sed & ſi non ſit Chaldaica, minus tamen antiqua non eſt. Tertius enim filius Noachi Cham, (cui & ſuis, fuit habitatio Affricæ & Aethiopiæ interioris (vbi nunc iſti habitant) a patre adiudicata) illuc Chaldaiſmi & Hebraiſmi traduces trãſplantauit, qui in hãc vſque diem durant, apud illos Chriſtianos Nubianos, in Sabachta regione auſtrali, vnde ad viſitandum Salomonem regina illa auſtri venit, quique hactenus iam a conuerſo per Philippum, Candacis illorum (erat iam ante tempora Alexandri magni id nomen reginis Aethiopum commune) reginæ Eunucho, hac lingua colunt Chriſtum, primumque Rhomano Pontif. Eugenio. iiij. innotuerunt & hodie maxime cum Portogalenſibus Africæ littora illa incolentibus frequenter conuerſantur. Illos vero Aethiopas Indos Coloratos Vergilius appellat, dũ dicit Geor. 4. Nilum ab Indis deuexũ, color Indus Aethiopibus & Indis

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Aſiaticis cõmunis, vox omnium linguarum orientalium, vocantium, aliorum Hindi, aliorum Hundi, quorundam Hundiſtam, Indos diei aſſerit. Quãuis hæc, vt aſſerunt illorum presbiteri, quos Conſtantinopoli & Venetijs vidi, ſit etiam Chriſtianis orientalibus communis, & maiori parti Indorũ etiam διαβολοστιβῶν. Eſt autem adeo Hebraicæ, Chaldaicæ & Arabicæ affinis, vt rara admodum ſit in hac dictio, quin in aliarum aliqua reperiatur. Nullo igitur poterit ediſci temporis diſpendio. Ad confirmandam autem illorum priorum Hebræorum originem mihi non parum habere momenti hæ linguæ apud omnes gentes diſperſæ videntur. Niſi enim eſſet Hebraica lingua principiũ harum omnium, nũquam poſſet fieri vt tot linguæ in tam varijs orbis partibus diſperſæ, iam tot annorum millia ita affines eſſent & ad illam vnam ita accedentes, vt ea diligẽter cognita illas diſcas faciliori negotio, quam latina lingua quidam adiutus Italicam Hiſpanicas Gallicam Siculam. eſt enim inter illas tantumdem affinitatis vt per Hebraiſmum in illas deuenias. Quum autem, illius cognitio te allicere per ſe debeat vt omnes Chriſtum colentes ſe mutuo intelligant non tibi quicquam in hac re ſuadere conabor. Primum autem iungam illorum ſyllabarium alphabetumve poſtea legendi modum.

Indicum alphabetum. literæ ſunt 26.

hă h ח hū hī hā hē hŏ hō.
la l λ Græ.
ha h ח.
ma m.
ſa ס.
ra ר
ſſa heb.
ka ק k
ba ב b.
ta ט t
ha ח
na נ
a א
cha ch. כ
va ו.
a y
za dhal. ד Chald
ia. י. i.
da. d. ד.
ga. g. ג.
ta. t. ט.
pa p.
tza צ tz.
zza zz Italorum.
fa. ph. vel f.
pa. p.

Omnes iſtæ ſyllabæ numero 7. ſunt lõgæ, præter a primũ & o primum, cum quibus frequenter quieſcit litera, nõ ſecus quam cum ſeua apud Hebræos, ſed frequentius quieſcit o paruum, quam a. Sunt autem numero. 162. ſyllabæ. Illæ literæ Hebr. monſtrant quomodo differant variæ literæ in hac lingua.

Abbreuiationes.

chuo, chuu, chui, chua, chue.
quo, quu, quui, qua, que.
Kua, quu, qui, qua, que.
huo, huu, hui. hua, hue.

Numeri a Græcis deſumpti.

1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9.
10, 20, 30. 40, 50, 60, 70, 80, 90.
100, 200, 300, 400, 500.
1000, 3000, 80000, 100000.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ይእዜ፡ትስዕር፡ለገብርከ።
በሰላም፡እግዚእ፡በከመ፡አዘዝከ።
እስመ፡ርእያ፡አዕይንትየ፡አድኅኖተከ
ዘአስተዳሎከ፡ቅድመ፡ኵሉ፡ሕዝብከ
ከመ፡ትክሥት፡ብርሃነ፡ለአሕዛብ።
ወክብረ፡ለሕዝብከ፡እስራኤል።
አኮ፡ለነ፡እግዚእ፡አኮ፡ለነ።
ለስመ፡ዚአከ፡ሀብ፡ስብሐተ።
በምሕረትከ፡ወበጽድቅከ።
መዝሙር፡ዘዳዊት።፵፪።
ፍትሕ፡ሊተ፡እግ፡ወትበቀል፡በቀልየ
እምሕዝብ፡ውጹዓን፡እምጽድቅ።
እምብእሲ፡ዐማፂ፡ወጸልሕው፡በለሐኝ
እስመ፡አንተ፡አምላኪየ፡ወኃይልየ።
ሃሌ ሉያ።
ሰብሕዎ፡ለእግዚአብሔርኵልክሙ
አሕዛብ። ወይሴብሕዎ፡ኵሎሙ፡
ሕዝብ። እስመ፡ጸንዐት፡ምሕረቱ፡
ላዕሌነ። ወጽድቁ፡ለእግዚአብሔር
ይሄሉ፡ለዓለም። አሜን።
ኵሉ፡ነፍስ፡ይሴብሕ፡ለእግዚ።

2 Ioze taſhoro lagabor-
cha 3 baſalā ogzio be-
chem azazcha 4 oſm
roia aointi achnotcha 5
zaaſtadalocha codum chu
ulo hozbocha 6 chā to-
chſto borhan laahzab 7
vechobra lahzabcha oſra
el. 8 Acho lana ogzio
acho lana 9 Laſm zia-
cha nahab ſobhara 10
bemhoratcha vebetzodu
kecha. 11 Mazmur za-
dauit, 42. 12 photah
lith ogzio vetabcal bacli
13 omhozbo vozuan
omtzuduq 14 ombo-
oſſi amaſſi vatzlehouu ba
lehani 15 oſma ant am-
lachii vehaili. 16 hale-
luia 17 Sabho laogzio-
bher chulechum 18 ach-
zab veiſſebchuo chuulo-
mu 19 hoſbo, oſma tza-
nanth mahratu 20 la-
alena vetzodochul ogzio-
bher 21 iohelo lea-
lem. Amen.
22 Cbuulo naphs iſbecho laogziobher. 23 Chulo loſan iogain
Chroſtos.

2 Nunc dimittis ſeruum tuum 3 in pace domine ſecun-
dum verbum tuum 4 quoniam viderunt oculi mei ſalu-
tare tuum 5 quod præparaſti ante omnem populum tuū
6 etiam reuelationem luminis gentium 7 & gloriam po
puli tui Iſrael. 8 non nobis domine non nobis 9 ſed no
mini tuo da gloriam 10 propter miſericordiam tuā & ve-
ritatem tuam. 11 pſalmus Dauid 42. 12 Iudica mihi do-
mine & age cauſam meam 13 a populo vacuo a iuſtitia
14 ab homine malo & fraudulento libera me, 15 quia tu
es deus meus & fortitudo mea. 16 Halleluia. 17 laudate
dñm omnes vos 18 gētes laudate eum omnes 19 populi.
Quoniā confirmata eſt miſericordia eius 20 ſuper nos
& veritas domini 21 manet in æternum, Amen. 22 omnis
ſpiritus laudet dominum. 23 omnis lingua confiteatur
Chriſtum. Si in his te exerceas diligenter ſatis tibi erunt pro lectione. Quum ampliora deſiderabis conferas te ad pſalterium indicum de quo ante dixi.

De lectione.

Caret hæc lingua vocalibus, quarum loco adiungit quædam puncta literis ipſis quandoq; ad latus aliquando infra aut ſupra, quæ quia vario fiunt modo omnia in ſyllabario addere volui & abbreuiationes etiam ipſas nec quid deſyderes. Sunt ſyllabæ numero 162. in quibus puncta omnia reperias. Numeri ipſi a Gręcis ſunt deſūpti vt figurę oſtēdūt. cæterum facilioris lectionis gratia aliquid precationū adſcripſi latinis literis expreſſum & explicatum. nolo autem prudentem lectorem latere quod hæc ſola oriētalium quæ ab Hebræa originē habēt legitur noſtro modo, a ſiniſtra in dextram quod illi cum Armenica conuenit, quæ parum eſt affinis Hebraiſmo.

Conueniunt ſigna grammaticæ Indicæ cum Hebræis adeo vt vix differant niſi in Za quod pro articulo & relatiuo qui, quæ, quod, & vt ſemel dicā loco daleth Chaldaici ſcribunt, & A primo, quo vtuntur cum puncto i, ad negationem, præter officia cū Hebræis cōmunia, & chaph qui præter ea quod omnia officia chaph Hebræi tam in principio quam in fine facit, eſt etiam in verbis præteriti tēporis, vbi in cæteris linguis oriētalibus, ponitur te vel tau, & ha-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

bent isti in verbi præterito omnia puncta Arabum vt, vbi dicunt Arabes natzara natzarta, nassartu, nassarat, ta, tum, tun. i. iuuit &c. Isti dicunt gabar. i. fecit, gabarbcha fecisti gabarchu, feci, gabarchat fecit mulier, gabarchum fecistis, viri, gabarchun, stis mul. &c. Ita vt longe falsissimum afferuerit nobis Potkanus, qui ait illos regulis grammaticis carere. Quãuis enim illi per suæ linguæ familiaritatem non obseruent fortasse, illius tamen partes erant quia volebat nobis linguam incognitam offerre, & ipsius artem obseruare & tradere, vt illius diligẽtia vti possemus. Quis enim nescit quandiu linguarum puritas integra manet apud suos, non esse opus regulis? quia ex vsu seruatur, vnde olim quum essent in summo honore & vsu familiari literæ latinæ, Grammatici noui homines, tanquam qui in re nullius momenti operam & oleum perderent, vocabantur, nec illorum fuit vsus nisi vbi maiestas Romani sermonis declinauit, aut ad exteros transijt. Quod ad me attinet, si per otiũ & rem familiarem mihi liceret copiam authorum & characterum illius linguæ ad typographiã nancisci, certe omnia huius præcepta non difficilius quam Hebraica me posse tradere confiderem; Id enim iam feci in multis linguis, &, iam mihi parum familiaribus. Turchicam præceptis constantinopoli, quantum licuit, conclusi, Græcam vulgarem quia multum suæ grammaticæ affinis est præceptis mihi paulo minus cõmunem ipsa Gallica ac patria reddidi. Dudum de Italica quantum (præter conuersationem cum Italis hominibus) licuerat homini Gallico & iuueni idem feceram, quam ausim fortasse adserere mihi adeo esse in prõptu vt patria, tantum valet vbique ars & sedulitas. Sed de his satis, Olim si hæc nostra placuerint, vbi erit vnde possimus nostram hanc philologicam vitam tollerare, otium nostrum vt solemus reipublicæ natum ostendemus.

De lingua Græca.

SVperfluum plane mihi videretur, post tot authores grammatices aliquid de hac lingua dicere, nisi promisissem ipso exordio me omnes omnium gẽtium characteres exhibiturũ. Apud Græcos enim Moscopulus, chalcondylas, gaza, chrysoloras, Lascaris, Hephestiõ, Phrynicus, & plerique alij, ex Latinis vero, Vrbanus Franciscanus amplissime & sub compendio, Sanctes Pagninus, Oecolampadius, & Melãchton, & plerique alij, nobis hãc tradiderunt, vt sit plane in littore, quod aiũt, seminare vel toties tractata attingere. Prudens lector omnia boni consulet, quum semel nouerit nos velle rerum originem ab ipso capite deducere. Quemadmodum enim ostendimus ex Hebraico fonte orientales & meridionales linguas dimanasse, Ita & hic statuimus. Georgianorũ enim characteres & Seruianorum nil aliud sunt quam Græci, partim corrupta, partim adaucta literarum serie, quos vt melius cognoscas præmittendæ sunt Græcæ vnde defluxerunt. Sunt hodie in vsu sacrorum & vulgaris idiomatis Græcis, sub imperio Turchorum habitantibus, in Peloponeso, Græcia proprie, Macedonia, Thracia, & insulis maris mediterranei potissimum quæ ad mare ægeum pertinent, & vocantur patrio vocabulo, Rhomæi, horum &iam multæ sunt Coloniæ traductæ in tota Asia minori quam Natoliam dicunt, sed præcipue in illius maritimis locis ac versus Armeniam minorem quam Turchæ ea ratione Rhom, id est, Græciam appellant.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Α α ᾳ alpha a ore aperto.

Β ϐ β υ vita v consonãs. carent b. litera loco cuius vtũtur ϖ, post μ vltĩa figura in vetustissimis exẽplaribus gręcis reperitur, a latinis, vt credo mutuata.

Γ γ ϒ gamma g ante se & κ & χ sonat ν.

Δ ∂ δ delta d. leniter aspirando lingua extrema admota dentibus.

Ε ε epsilon e tenue. vt e latinũ in fine ante s. vt in dies nec enim legitur, vt in dedi, sed ore magis aperto.

Ζ ζ ξ zita, z. dorici resoluunt in σδ. vnde constat.

Η η ita Neoterici per i legunt, antiqui per e longum, vt differre ab e psillo, tenui vel breui, proferebant.

Θ ϑ θ thita th inspirando.

Ι ι iota. i. consonans in principio diuisim legitur.

Κ κ cappa k. post γ. loco ν legitur per g.

Λ λ λλ lambda l, cum i, sonat lenius vt λίτρα glitra non litra.

Μ μ my m.

Ν ν ν ny n. ante μ ϖ β φ. profertur vt μ. cum i, voc. sonat lenius, vt νίκη gni ke.

Ξ ξ xi x.

Ο ο o, micron, id est breue.

Π π ϖ ϖ pi p. post μ & ν sonat b.

Ρ ρ rho r. vix sentit aspirationem nisi quum geminatur.

Σ σ ς sigma s. cum sibilo semper profertur, nec fit blesum inter duas vocales vt s. latinum.

Τ τ taf τ. post ν, sonat d. latinum.

Υ υ ϒ ypsilon, id est, tenue, id est inter i. & v.

Φ φ phi. ph inspirando.

Χ χ chi. ch. aspirando.

Ψ ψ psi. ps.

Ω ω o, mega o, longum.

Exempla varię lectionis, de β, βῆμα vema, non bema. de γ, ἄγγελος angelos, nõ aggelos vt scriptũ est. ἀνάγκη anange, non anagke. βράγχος vranchos, nõ vragchos. de ζ, φράζω φράσδω. de iota, ἰατρός, hiatros trissyllabum, de κ ἀνάγκη anange, non anagke, de ν, τὸν πέτρον, τὸν μιαρόν, τὸν φῶρα, τὸν βοῦν. tom Petron, tom miaron, tom phora, tom boum. de ϖ πέμπω τὸν πέτρον. pembo tom betron, non pempo, ton petron. de τ, ἀντι andi non anti &c. quæ omnia fiunt euphoniæ gratia. In tabula proxime sequenti præter diuisionem elementorum tradi a cæteris grammaticis solitam, volui etiam mutas nouem per instrumentorum quorum officio proferuntur partitionem distributionemve diuidere. Illa enim diligẽter obseruata, nullo quasi negotio quũ ad ipsas deueneris coniugationes facile mandabis memoriæ, quæ alioqui sunt satis difficilia. quum igitur tibi constabit, labiorum officio prolata elementa præcedere ante ω in prima coniugatione, duplicem eiusdem prolationis formare futurum eiusdem, aspiratam eiusdem articuli dare tibi præteritum, nõ erit cur te multum torqueas, nisi in diligenter perdiscẽdis elementis. Statim eadem ratione a palato prolatas, dices esse secundę, duplicem futuri, aspiratam præteriti. Tertiæ vero, dentium officio prolatas. σ. futuri, κ, præteriti, ι. autem in omnibus est tanquam externum & additamentarium, & potest tolli præcipue in Aoristis ac futuris secundis ac præterito medio. Literæ autem immutabiles sunt quartæ coniugationis, eædem in futuris seruantur, correpta verbi penultima, κ, est pro præterito in omnibus coniugationibus pręterquã in prima & secunda quando verbum habet aliquam vocalem ante ω, tunc est quintæ coniugationis vel contractorum. Sed hæc in tabulis, quum ipsas duplices videris vnde componantur, facile erit nominum in illas finitorum genitiuos formare ab illis. Vide diligenter tabulam & memoriæ commenda.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

Literarum diuisio.

Literarũ aliæ.

- vocales 7 (α, ε, η, ι, ο, υ, ω), ex quibus:
  - 2. longæ η, ω.
  - 2. breues ε, ο
  - 3. dubiæ α, ι, υ.
  - 3. mutabiles α, ε, ο. mutatur α & ε, ĩ η. ο. ĩ ω. ĩ
  - 4 mutabiles η, ω, ι, υ. (augmẽtis p̃teritorũ
  - 5. præpositiuę in diphthongis. α, ε, η, ο, ω.
  - 2. postpositiuæ in diphthongis. ι, υ.
  - Diphthongi proprie sex, impropriæ. 6.
    αι, αυ. ει, ευ, οι, ου. ᾳ, ῃ, ῳ, ηυ, ωυ, υι.
    æ, auf, ei, euf, oi, ou. a, e, o, if, of, i.
- Cõsonantes 17. (β, γ, δ, ζ, θ, κ, λ, μ, ν, ξ, π, σ, ρ, τ, φ, χ, ψ), ex quibus:
  - mutæ 9.
    - β, γ, δ — tenues.
    - π, κ, τ — mediæ.
    - φ, χ, θ — aspiratæ
    - labij. æquiualentes. β, π 1, φ
    - palati. ęquiualentes. κ, γ 2, χ
    - dẽtium. ęquiualentes. δ, τ 3, θ
    - prolatio ipsa te docet coniugationes. literę coniugationum. futurorum. præteritorum.
  - Semiuocales. 8. ex quibus
    - immutabiles 4. λ, μ, ν, ρ — quartę cõiugatiõis.
    - Duplices. 3.
      - ζ. fit ex σδ, σσ.
      - ξ. ex κσ, γσ, χσ.
      - ψ, πσ, βσ, φσ.
    - σ. μονάδικον. i. sui iuris, dicta autem est sic, quod in aliorum elementorum classem non recipiatur, sed sola suo iure remaneat.

- Passiones dictionis, seu vt vocant προσῳδίαι. i. accentus, sũt 8.
  - Spiritus. 2.
    - tenuis ᾿ ἀλλὰ alla
    - asper ῾ ἅλς hals.
  - Accẽt9, 3.
    - acutus ´ θεός.
    - grauis ` θεὸς μέγιστος
    - circunflexus ῀ ὁρῶν.
  - Apostrophos, signum deperditæ vocalis, in fine. Sic τ᾿ ἀπ᾿ αὐτὸν pro τὸ ἀπ᾿ αὐτὸν tollit α, ε, ο, αι, οι. ante vocal. princi. dict. sequentis.
  - Hyphen. quando duo separata iunguntur sic ὅ‿τι.
  - Diastole. quando diuiduntur coniuncta sic ὅ, τί.

Longam & breuem addebant antiqui, nunc vero ex vsu illarum notæ abierunt.

Quamuis sit huius linguæ, vtpote quæ vocales habeat, lectio facillima, tamen vt rudibus deseruiam, iungam quædã græce eademque latine exprimam, ac explicabo.

Προσευχόμενοι δὲ μὴ βαττολογήσητε ὥσπερ οἱ ἐθνικοί. δοκοῦσι
proſefchomeni de mivattalogiſite hoſper hi ethnili. docouſi
orantes autem ne multum loquamini vt ethnici. putant
γὰρ ὅτι ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν εἰσακουσθήσονται. μὴ οὖν ὁμοιωθῆτε
gar oti en di polylogia afton iſaconſtiſondę. mi oun omiothite
enim quod in multiloquio ſuo exaudientur. ne igitur imitemini
αὐτοῖς. οἶδεν γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὧν χρείαν ἔχετε πρὸ τοῦ ὑμᾶς αἰτῆσαι
aftis. idẽ gar ho patir hymon hõ chrian echete pro tou hymas etiſæ
illos. nouit enim pater veſter quibus opus habetis anteq̃ vos petatis
αὐτόν. οὕτως οὖν προσεύχεσθε ὑμεῖς. πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς
afton. hutos oun proſefcheſthæ hymis. Patir hymũ ho en dis ouranis
illum. Sic igitur orate vos. Pater noſter qui es in cælis
ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου, γενηθήτω τὸ
hagiaſtito to onoma ſou eltheto hi vaſilia ſou, genithito to
ſanctificetur nomen tuum veniat regnum tuum, fiat
θέλημά σου ὡς ἐν οὐράνῳ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν
thelima ſou hos en ourano ke epi tis gis. ton arton himon ton
voluntas tua ſicut in cœlo & in terra. panem noſtrum quo-
ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον, καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν
epiouſion dos himin ſimeron ke aphes himin ta ophilimata himon
tidianum da nobis hodie & dimitte nobis debita noſtra

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν. καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς
hos he himis aphiemen dis ophiletęs himon. he mi isenengis himas
sicut & nos remittimus debitoribus nostris. & ne inducas nos
εἰς πειρασμόν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασι-
is pirasmon alla rysæ himas apo tou ponirou. hoti sou estin hi vasi-
in tentationem. sed libera nos a malo, quia tuum est re-
λεία, καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.
lia he hi dynamis he hi doxa is tous æonas. Amin.
gnum & potentia & gloria in sæcula. Amen.

Octo sunt Gręcis partes orationis. Nomen, verbun, participium, pronomen, articulus, coniunctio, aduerbiũ, præpositio. Quinque primæ sunt declinabiles, tres reliquæ vsu percipiuntur sine declinatione, a Latinis differunt Græci in numero duali quem habent in partibus declinabilibus, quo carent Latini. Græci vero carent ablatiuo casu. genitiuus vel datiuus illius vices illis supplet. Carent illi interiectione quã subiungunt aduerbio, & ex pronomine duas partes orationis faciunt ipsum pronomen & articulum. Est autem articulus seu hic, hæc, hoc. & dicitur præpositiuus, alius seu quis, quæ, quod, vocatur subistctiuus. Sed hæc omnia in tabula explicabo cum declinationibus & coniugationibus. Modo autem visum est abbreuiationes quasdam communiores addere.



Erat in animo aliquid Gręcę grãmatices vulgaris edere vt Philomusi perciperent quantũ sit inter ipsas duas affinitatis. Sed visũ est cõmodius hanc seruare in suã classem cum olim, si videbitur esse ex vsu reipublicę, de Turchica Italicaq; tractabimus. De linguis autem vulgaribus velle etiam scribere, mihi erit vel cum Bembo illo vtriusque linguæ peritiss. commune. Is enim de sua lingua vulgari suis scripsit hominibus. Olim Christophorus Landinus, nunc Iesualdus, Velutellus, Faustus, Molzas, & pleriq; alij ita diligẽter linguę hetruscę præcepta suis hominibus explicãt, vt in vtraque lingua egregie sunt versati. Quanto magis rationi consentaneum erit, externam linguam regulis obseruatam suæ gentis hominibus relinquere? quod olim in quatuor aut quinque vulgaribus linguis, deo duce, fiet.

De Georgiana, Iacobitana'ue.

GEorgi seu Georgiani, vel vt vocantur a se & a Turchis & Tartaris Iurian, habitant hodie maxima multitudine non longe ab eo loco vbi antiqui Georgos insigni innocẽtia populos, iuxta Albanos collocabant. idq; tanta potentia vt hactenus nec Turcha, nec Tartarus, nec Persa in quorum sunt medio circũsepti mõtibus altissimis, potuerint in suam potestatem illos adducere, quãuis nominis christiani hostes sint infensissimi, in illos præcipue qui imperata detrectant, aut (quod vbique illorum nebulo Muhamedes exigendũ mandat aut pereundum recusanti) vectigalia non persoluunt. Permittũt alioqui Turchæ Christianis omnibus liberam & arbitrariã suę religionis professionem. Hi Georgiani his characteribus linguam Græcam qua vtuntur in sacris & vulgarem quæ Tartaricæ & Armenicæ media est, scribũt, nec carent Græcis hæreseos nota. In quibus tamen aut errent aut differãt, nemo Calogerorum vel papadum (illo enim nomine monachos, isto, presbyteros intelligunt) vsquã dicere potuit, nisi quia hæ literæ sunt illis cum Iacobinis (quod genus hominũ singulari prosequuntur odio & detestantur) cõmunes

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Iacobitas iſtos mihi ꝑſuaſerim facile, quũ olim ob dogma peruerſum Iacobi patriarchę Alexandrini qui vnam tantũ in Chriſto naturam aſſerebat, illis Chriſtiana cõione interdictũ a patriarcha Cõſtantinopolitano Dioſcoro eſſet, has literas reperiſſe, quę olim fuerunt magno apud orientis ecclesias vſu, indeq; ſub fidei principio receptę a Georgianis ſunt & hactenus ſeruatæ. Ante incurſiones Barbarorum erant multi ad modũ Iacobitæ in Aegypto, Arabia, Meſopotamia, Chaldęa, Aſſyria, & ꝑcipue in Syria ob loca ſacra nunc pauci in Syria ſuperſunt. Oẽs iſtos vt characteribus cõicãtes ita dogmate ſimili, vt puta Neſtoriano quod totã infecit orientis eccleſiã, affines (quę cauſa olim fuit illos oẽs e cœtu Chriſtianorũ eijciendi) crediderim: quod Græcorũ ſacrificuli oĩm rerũ q̃ faſtus & ſuꝑbię ignari, apire neſciũt. Sed quia video a multis de his Georgis vbinã agãt diuerſa tradi & plane dubitari, viſum eſt & in hac re noſtrũ interponere iudiciũ. Quidam ait a diuo Georgio appellatos & in Arabia iuxta Mecham habitare, quod falſũ poteſt oſtendi. Quos eñ vidi cũ illorũ legato Cõſtantinopoli apud Turcham, nec Georgij nomen ſatis nouerant, ſeq; adſerebant e confinio ipſius Armenię verſus Tartaros, alios vero Iurgianlar. i. georgianos, vt vocãt, nullos noſſe, p̃ter ſe, & quoſdam ſuos qui circa Hieroſolymam ſacrorũ gratia habitant. Quę oĩa priſcę coſmographię ſtatuentis Georgos vbi p̃dixi, fidẽ adſtruũt, illius nugas ꝓpalant. Auxerunt Chriſtianorum numerũ tempore Cõſtantini magni, regina illorũ morbo, a quadam captiua Chriſtiana miraculo diuino liberata, quę ſtatim Maritũ ſuũ & populũ ſibi ſubditũ nouũ hominem induere perſuaſit. Fuit tum temporis principi pro vexillo Georgij imago. De ceremoniis iſtorũ & oĩm grę cæ linguæ affiniũ, In Tzeruiana dicam. Horũ characteres ab legato ſuo apud Turcham Cõſtantinopoli habui, id tñ ſine nomine, & diſceſſit antequam habuerim vnde coactus ſum Venetijs requirere nomina a quodã illi⁹ linguæ ꝑito. Sũt characteres oĩno ſerie, noĩe, & figura gręci. Sed deprauãt aliquatũ ſcribendo, & neſcio quot barbaros adiũgẽdo.

Alphabetum Georgianorum & Iacobitarum. Literæ.



alpha a
veda v conſonans.
gamma g
delta d
e e
tzo ſti
zieta z
eta i longum
theta th
ioda i vocale ſemper
cabba c
lambda l
my m
ny n
exi x
o o
pbi p
rou r
ſigma s
ta t
hie v declinãs ad y
phi ph
chi ch
ipſi pſ
o, ῶ mega
ſchei ab Arabibus ſch
vvei ab arab. v conſ.
baſchi videtur a latinis b
or ab Armenis r
gimſa a Chaldęis g durum
ſima alia forma literæ græcæ ſ
ti conuenit cum ta in do ſi addas caput T

In hac nil plane adſcribere, quũ ſit mere græca, conſiliũ eſt.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

De Tzeruiana Poznania'ue.

REgiones iſtę ſũt Europeę, inter Dalmatas, Illirios, Albanos, Macedoniam, Thraciã, & Iazyges Metanaſtas. Boſna eñ vel Poſna vel Boſſina, durat, a Pannonia ſuperiori & inferiori, ad Gepidas ex quibus fere cõſtat. Zervvia vero ſeu Seruia eſt vbi olim erat Myſia ſuperior, & extenditur a Danubio & Pannonia inferiori ſeu Liburnia, ad Thraciã & Macedoniam. Quid autẽ cauſæ fuerit cur in medio duarũ totius orbis linguarũ prçſtantiſſimarũ habitãtes, linguã peculiarem inuenerint perquirẽdo, hanc rationẽ ab illis qui ea vtũtur accepimus. Anno a Chriſti natiuitate circiter trecenteſimo, Pannonijs, Illiribus, Dalmatis, & Myſijs erat vna eadẽq; fere lingua permixta partim Grçco, parrtim Italo, & aliquãdo Germ. ob viciniam ſermone, quibus ipſis omnibus Hieronymus doctor theologus Dalmata characteres reperit (quos ſtatim ſubiũgemus iſtis) vt quemadmodum a cçteris nationibus, lingua, ita & characteribus differrẽt. Illis tãdiu vna vſi ſunt quandiu eccleſia Rhomana potuit Grçcam perferre. Quũ autem eſſet Grçcis ob quçdã ab eccleſia Rhomana, cõione interdictũ, hi qui erant Græcis viciniores, characteres Grçcos vt plurimũ, nomine priorũ ſeruato, repererũt. Erãt em̃ iã Grçcis exoſi ob Rhomanorũ partes, iſtis, ob defectionẽ. Sed melius eſt vt apiam⁹ cauſã tã grauis in eccleſia chriſti ſchiſmatis. Grçci in hoc differebãt a Latinis. Quod cõſecrabãt ĩ azymis. Qđ credebãt ſpm̃ ſctm̃ a patre ſolo ꝓcedere. Quod libellũ repudii impudicæ & ſterili & moroſæ vxori darent. Quod illorũ ſacerdotes vxores ducerent (quod eſt cõmune omnibus oriẽtalibus Chriſtianis, Indis, Iacobitis, Maronitis, Armenis, Georgianis, Græcis, Valachis, ſeu Myſis inferioribus, & vt ſemel finiam oibus omniũ gentiũ ſacerdotibus, & fortaſſe fuit multis latinis vſq; ad tempora conſilii Viennenſis) Quod tantũ idq; diebus dominicis & feſtis tantũ, vnam miſſam in ſingulis locis dicerent. Quod põpas in ſacerdotibus deteſtarentur. Quod ſub vtraq; ſpecie cõmunicarent, Quod ſtatuas, ſanctorũ in templis nõ habent, ſed tantũ effigies, nos vtrunq;, quod ſeſquihçreticum proclamant dicentes, poſſe per ſtatuas populum negligẽter inſtructũ, incurrere idololatriam, per effigies nõ item. Hæc omnia hodie obſeruant vt præſcripſi, quæ vidi & audiui recito. Hodie oẽs Græci, in deſperatione, vt puto, ſumma ſeruitute adacti, ſũt ipſis Turchis pene deteriores. Vnũ genus tantũ monachorũ Baſilianorũ habent. Reliquos curiones, vocant Papas cõmuni vocabulo.. Singulos aũt papas tantũ in ſinglis paroeciis habent, cũ vno diacono, ne ſi plures eſſent queſtũ ex rebus ſacris facerent. Illis nõ licet ꝑ vicariũ plebi adeſſe vt noſtris. Illorũ ditiſſ. quiſq; nõ habet 80, lib. Poſſunt deponi a parochia ſi aliquid indignũ ſe aut familia ex cuius inſtitutione ꝓbãtur, admittãt. Ieiuni ſinguli parochi panẽ benedictũ, feſtis diebus & quoties celebratur oſculato ſacerdote capiũt. Paſchatis feſto oẽs poſt auricularẽ cõfeſſionẽ ſub vtraq; ſpecie cõmunicãt, & oſculãtur inuicẽ, dicentes Chriſtos aneſti, i. Chriſtus reſurrexit, & hoc faciũt amicis atq; inimicis vſq; ad triduũ. Quatuor ſingulis annis quadrageſimas ieiunio obſeruãt, primã cõmunẽ nobiſcũ & eodẽ ſupputãdi çquinoctii verni ordine. Alterã vocant τῶν ἁγίων ἀποςόλων .i. ſanctorũ apoſtolorũ, quindecim dies ante feſta Ioãni baptiſtç, Petroq; & Paulo ſacra, Tertiã τῆς παναγίας .i. diuæ virginis, vbi multi tm̃ dies, 51. alii totũ mẽſem ieiunãt, ante aſſumptionẽ virginis Mariæ: Quarta eſt in aduẽtu Dñicæ Natiuitatis. Cibus tum eſt illis panis, oleum, holera, oua taricha, ſicca & recẽtia ex aceto & oleo. Reliqua nobiſcum cũ illis cõmunia ſunt. Si quid ſupererit in libello noſtro de moribus orientalium attingemus.

H

Alphabetum Tzeruianorum.
literæ ſunt 30.

As a
buchi b
vide v conſonans.
glagoia g
dobro d
ieſt e
cxiuit cx.x
zielo z
zziemelie zz.tz
ixe non eſt litera,ſed numerus.10.
i i
caco k
lvvide l
miſlite m
nas n
on o
pocoe p
reci r
ſlouo s
terdo t
vsch v vocalis non conſonans.
phert ph
chi ch
od od
o in principio & fine tantum.
thi th
ci ccraſſum, vt proferunt Florentini, Tuſculaniue.
ciarui c
ſcha ſch. ab Hebræis.
gſcha gſch
hier. aſpirō eſt ſ fine dictiōis poſt cōſonātē, vel in medio ad tollēdū hiatum.
iat ia
ia ia
iu iu
ie ie
ieſt ieſt

Nec hic quicquā adſcribere decreui quum ſint Græci vt plurimum characteres quibus vtuntur, quidā priſcam illam ſuam linguam ſcribentes, in qua omnia vulgaria & ſacrificium ipſum habent, alij Græcam cum ſua ſcribunt, cuius modi ſunt multi Valachorum (qui ad Dacos & Myſos inferiores pertinent) qui patriacham Conſtantinopolitanam audiunt. Plures etiam illorum qui ad Iſtrum agunt vt pars Lituuaniorum, & incolæ maris Pontici, Tauricæ Cherſoneſi, Paphlagonesque, vtuntur ſacris more Græcorum communium. Sed de his ſatis.

De lingua Hieronymiana, ſeu Dalmatarum aut Illiriorum.

Atione quam attuli ſuperius, & vt fortaſſe in hac re etiam nomen conſecraret immortalitati, ſuis conterraneis hos reperit characteres Hieronymus, quibus etiam ipſis totā legē vetus & nouum inſtrumētum cum ſacrificio & precationibus traductā illorum idiomate ſcriptam reliquit, lōge ſane ab opinione differēs multorum, qui putant conſpurcari ſacras literas, ſi ſemel in manus populares venerint. Quāuis olim quo tēpore nōdum a linguæ Græcæ & Latinę puritate deflexiſſent chriſtiani primęuę eccleſię, omnes in illis linguis intelligerent ſacras literas, imo imitabātur ad lectionē, & cōcilio illo tā celebri in Nicea ſtatutū erat pœna interdicti, vt oīs Chriſtianus

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

haberet apud se sacra bibliorũ scripta ea lingua qua posset intelligere, & Sũmus ille doctor de quo nũc agimus, filiolam vel 6. annos natã vult in sacris perpetuo esse, ab Ecclesiaste cõcẽptũ mũdi, a Prouerbijs expiscari sentẽtias in vitę humanæ vsum cedẽtes, psalterio Dauidico laudare deum, demũ vt se ad euãgelia ipsa & epistolas Pauli cõferat. Laudauit sũmũ sacrarũ literarũ, non tantũ lingua latina, sed & Hebraica studiũ, in tã nobilibus fœminis. Rex ille Galliæ carolus curauerat eã ob rẽ sacra in linguã gallicã trãsfũdi. Sed quid facias in re tã exulcerata, vbi a capite ad pedes nõ est sanitas? vis ne vt plebecula rudis illa attingat, quę citius in malã partẽ accipiat q̃ in bonã, aut oĩno nõ intelligat? Fateor multa esse in sacris quę sũt difficiliora. Sed rogauerim perq; nomẽ Iesu christi obsecrauerim illos quorũ interest, vt (quãuis tota antiqua ecclesia in qua nec ãbitio, nec auaritia, nec fastus peruaserãt sine interp̃tibus habere iubebatur) ex mẽte sanctorũ & antiquorũ interp̃tũ, Chrysostomi Basilij, Nazanzeni, Orige. Theophyl. Hieron. Augustini Ambros. Hillarij, Cypriani, &c. similiũ, loca difficiliora traducẽdo apirent, cętera q̃ nõ possunt in puersũ sensũ trahi, aut intelligi, nuda relinq̃rẽt, vt in hac re imitarẽtur tã sanctũ & tã magnũ virũ, cui nõ satis fuit, in suorũ linguã oĩa sacra transfundere, nisi & characteribus etiã reptis dicasset hanc volũtatẽ immortalitati. Hãc aũt historiã potes audire ab oĩbus illorũ sacerdotibus, & Venetijs, & in tota Dalmatia, pariter & ab omni populo, qui mihi hęc recitarunt quũ de suarũ literarũ origine requirerẽ. Excuduntur permulti admodum libri harũ duarum linguarum Venetijs vt illic distrahãtur. Tzeruiani oes subsunt Turchis, Boznaniorũ bona pars etiam. Illam linguam volui nõ tam gentis apud quem permanet quam authoris gratia adscribere. Videtur enim illam reperisse postquam Hebraicas & Græcas literas cognouisset, quia sunt multi characteres cũ illis cõmunes. Præterea omnia literarũ nomina significatiua sunt, vt aiunt, quẽadmodũ & Hebręis, quod in nulla alia fit lingua. Illam intepretationem nescio, linguæ ignarus.

Alphabetum Hieronymianum seu Dalmaticũm, aut Illiricum. Literæ. 32.



As a. ab Armenis inuersum.
vidi v cons. vr. vt.
buchi. b. br. bo. br. ab Armenis.
glagoia g. gd. go. a Græcis.
dobro d. a Græcis.
iest e a Græcis.
exiuit x
zielo z
zziema tz
isse ige numerus est nõ litera.
i i vocalis.
ige i consonans.
caco k. ko.
luidi. l. a Græcis.
mis lite: m. a Græcis.
nas. n. no.
on o
pocoe p. p. po. a Græcis.
reci r
slouo f
terdo t. tb. tu.
huch. y. vel. v.
phert ph. a Græcis.
chier ch. cho.
oto o mega.
schia t. e Tuscan. vel sch. ab hebr.
ci c co
cierph
scia
ier
iet
ias.

Наукова бібліотека ОНУ імені І. І. Мечникова

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Nec quicquam in hac lingua adſcribam, quū illam tantum ſui authoris diligentiæ noſtris hominibus oſtendendæ gratia tradendam ſuſceperim.

De Armenica.

E St in vſu ſacrorum Armenis non tantum in vtraque Armenia habitantibus, vt putant vulgo, ſed vbicūque Muhamedes auditur, vt in tota Aſia minori, in Syria, in Tartaria, & Perſia, & circa mare Ponticum (hodie nigrum maius ve vocant) præcipue ad Tauricā Cherroneſum, vbi verſantur in ſummo Turchorū Muhametanorūq; oīm priuilegio, ob id quod oſtēdūt quoddā diploma a Muhamede ſibi olim cōceſſū, vbi ob beneficia quæ olim ab illa gente receperat, ſtatuit, ne vſquam ſeruiant Muhamedicis. Oſtētāt diploma quale olim & Sinaienſibus monachis in Syria donauerat idē nebulo, quod ipſum olim, cum exercitu & veteranis illis ab Heraclio in Aſia poſt expeditionem in Choſroę regis Perſarum filium relictis, humaniter excepiſſent. Seruarunt Sinaienſes hoc priuilegium vſque ad tempora Gazellæ, ſeu Sulimi Turcharum regis, cuius temporibus quū oſtentarent illud audacius apud Sultanum Aegyptium illum, quem vicit Selimus, eo delato ad principem, ipſo priuati ſunt. Erat aūt tale (vt Armeni recitarūt frequentius, pariter & Turchę huiuſmodi affirmāt), poſt quatuor aut quinque verba Arabica, immerſa in attramentum manu formam manus & digitorū imprimebat libello qualē etiamnum ſeruant Armeni. Illorum lingua vulgaris omnino

Turchica eſt, vt videantur aut hi ab illis, aut quod eſt vero ſimilius, iſti ab illis aut illorum finibus oriundi. Orant iſti quaſi more Muhamedicorum prouoluti in genua & ter oſculantes terram, vbi Turchę tantum bis. Cæterum fuerunt vſque ad tempora Eugenij tertij in errore Neſtorij quo abnegato tum ſe in fidem Rhomanæ eccleſiæ pars dediderunt. Homines vſqueadeo Gręcis inuiſi, vt malint ſi lex permitteret, vel cum Turcha aut Iudęo contrahere matrimonium quam cum illis. Duplex cauſa odij eſt, quod olim fuerit illis inuſta deterrimæ hęreſeos nota, tum quod Romanis Chriſtianis, quos nuſquam vel Chriſtianorum nomine dignarentur Gręci, conſentiant. Is accedunt illi mores cum Turchis in oratione communes, Gręci enim vt plurimum erecti orant. Sapiunt reuera adhuc aliquid Neſtoriſmi, nec enim feſtum natiuitatis celebrant, ſed circunciſionis. Illorum ſacrificuli triduo abſtinent fœminis antequam recolant memoriam paſſionis Chriſti. Cętera ſunt illis & Romanę eccleſię communia. Sed ad rem redeo.

ա	Ayp a
բ	bpien b. durum inter b. & p.
գ	gqim g forte inter q. & g.
դ	dta d durum inter d. & t.
ե	iech latina E. vel Græca est ε.
զ	za z
է	e i
ը	iet ie
թ	to te
ժ	ge g
ի	ini i
լ	luen. latina est. l.
խ	che ch
ծ	tza tz
կ	gguien g fortiter prolatum a palato.
հ	hho ה. aspiratio fortis vel duplex.
ձ	tsa ts. vel ſſ. durum.
ղ	gat g. vt profertur cum a, o, u.
ճ	gie g. ſſtricta cum lingua interiori parte palati.
մ	mim m
յ	hi h. vel i
ն	nu n
շ	ſcha ש Hebræum.
ո	vva u. conſonum.
չ	ccha c. forte vel dupplex.
պ	be b illirica buchi inuerſa eſt.
ջ	gge ge duriuſculum.
ռ	ra r
ս	ſe ſ
վ	vief v
տ	tun t
ր	re ſi occludas Græca eſt ρ P.
ց	tſo ſ forte.
ւ	un, vel fun, vel fiun, digamma æolicum.
փ	piur p
ք	ke k vel c vel q.
և	ief vel chief leniter aſpirando a græcis κ.
ֆ	phe a Græcis ph. φ.
օ	aip, iun, au, vel o, duæ ſunt literæ ayp, & fiun.
ամէն	amen.
ած	aſtoſtz, deus abbreuiatum.
աստուած	aſtotz, deus integre ſcriptum.

In gratiam illorum qui hãc linguam a nobis tam remotam, tot Chriſtianis cõmunem, hactenus nobis nõ viſam, legere cupiunt, ſubiunxi orationẽ dominicã Latinis characteribus expreſſam & verbũ de verbo explicatam, vltra quam ſi quis aliud in hac lingua requirat, cogitet quantum laborauerim in peregrinatione, in inuertendis ſculptori characteribus omnium linguarum, & perſoluẽdis ſculptoribus & typographis, putabit tum ſane nos non veritos maximam reipublicæ gratia prouinciam, & quaſi ſupra vires, ſuſcepiſſe.

Oratio dominica, Armenica lingua.

Հայր մեր որ յերկինս ես
սուրբ եղիցի անուն քո: եկե
սցէ արքայութիւն քո: եղիցին
կամք քո որպէս յերկինս և
յերկրի: զհաց մեր հանապա
զորդ տուր մեզ այսաւր:
և թող մեզ զպարտիս մեր
որպէս և մեք թողումք
մերոց պարտապանաց: և մի
տանիր զմեզ ի փորձու
թի: այլ փրկեա զմեզ ի
չարէ զի քո է արքայութի
և զաւրութի և փառք
յաւիտեանս: ամէն.

1 hair mer vr hierchins des 2 ſrboi eziſi anoncho eltesſe 3 archaiotaicho eziſſin 4 chamkcho vrbis hierkins ie 5 etchri. Zachaz mer hanaba 6 gſord tour mez ais aur 7 ie touz mer zaabartis mer 8 vrbis ie mech toſſumc. 9 merus bartbanas ie mi 10 tanir zame zprtzo 11 tai ail phirltai zamer i 12 zare zaicho e arcaiotai 13 ie zairotai iepaouch. 14 auiteans Amen.

1 Pater noster qui in cœlis es 2 sanctum sit nomen tuū
ven 3 iat regnum tuum. Fiat 4 voluntas tua, sicut in
cœlo & 5 in terra. Panem nostrum quotidi 6 anum
da nobis isto die 7 & dimitte nobis debita nostra 8 si-
cut & nos dimittimus 9 nostris debitoribus & ne 10
inducas nos in tenta- 11 tionem, sed libera nos a 12 ma
lo. Quia tuum est regnum 13 & potentia & gloria 14
per secula, Amen.

Descripseram plura, vt Salutationem angelicā & Regi sęculorum ac aliquot psalmorum versus, sed mihi meas tabulas labefactauit sculptor, vnde tędio inuertendi tam variarum linguarum characteres (est enim opus omnia quę excuduntur inuerti) nil vltra potui per occupationes adscribere. Habent quædam cum orientalibus quædam cum Gręcis, & Latinis cōmunia, & Gallis etiam, Nam vt Galli pluralia terminant in s, ita & illi vt bon, bons. illi erchin, erchins, cœlum, li, auitea seculum, auiteans, la. Eramneale beatus eraneals, beati. eramneales beata. aliqn̄ fit ita fœm. genus. srboy sanctus, srbouchi sancta, a Latinis habēt mēsiū nomina & plures dictiones, a Græcis vt, ie quod quidā proferunt, he mi, & ne. ail alla, sed &c. cum Hebręis affixū caph. co, tuus a, um. Sed frequenter dicūt hes tua in fœminino. vtuntur frequēter za articulo vt zamech nos. zachas panis zaeclizi ecclesia &c. quod illis & Indis commune est Participia frequenter in al. desinūt. vt Chaseal, stans. meal ædificatus, orcneal benedictus, orcneales, cta. meueal mortuus, meueales, mortua, meueals, mortui. tzeneal, natus. chaccetzeal crucifixus, quandoque in ol, vt carol potens, &c. Habent præterea quandam casuum distinctionem, vt erchin cœlum, ercni, cœli, chair pater, chairni patris & patri, chairn patrem, astotz deus, astotzn deum. mer nos. merus nostrum & nobis. auiteans sęcula. auiteanis sęculorum & sęculis. Illa satis sunt. Inter omnes linguas quas vnquā audiui prolatione difficiliorem, hac non noui.

De lingua Latina.

De hac profiteor me non velle doctis scribere ne in syluas ligna, quod aiunt, deferam, sed quemadmodum exteras linguas non possumus sine nominum explicatione (quod tamen apud illos qui illa vtuntur adscribere, plane superfluum esset & extra vsum) intelligere, ita nec exteri, quibus etiā scribimus, nostra, nomine nō expresso capere possent. Duorum igitur generum hominū gratia hoc subimus, illorum scilicet qui in huius linguæ cognitionē venire cupiūt, & nescio quorumdā plagosorū hominum qui cum infelicissime omnium iuuentutem sibi commissam forment, & dediscenda edoceāt, tamen inueniunt labra lactucas, dignoq; patella tegitur operculo. Satis enim est vt nulla vsquam virtute suffulti, sciant egregie adulari & docere puerū, aa, boy, coy, doy, ee, effe, & cætera huius modi vocū monstra, & rudē adhuc adq; quoduis sequax ætatem perpetuo hunc odorem seruaturam, ita labefactantia, vt nullus vel rarus Gallus sit quin seruet (pręcipue vbi a talibus contigit educari) aliquid pestis ab illis nebulonibus illatæ. Qui sunt in melioribus literis versati malēt quiduis aliud de se audire, quam a pueris hausisse in Gallia prima literarum elementa, quod certe nullo alio fit vitio (gens enim est alioqui ingenio, vt si quæ alia præclarissimo) quam ne vitiosę illius primæ formationis sint affines. Hoc igitur faciam, vt, si paterfamilias nouerit id vitij in aliquo, deuitet tāquam syrteis. Monebo pręterea quosdam se diuersitate prolationis apud populum Philoxenū, & nouitatis amantissimum cōmendantes, vt a sua tam barbara consuetudine deflectāt. Quis enim audiat lubenter iafriil olphe felee huam huam marci serpū &c. pro gabriel, alpha, filij, quāquam, marce, verbum. Sed isti non committunt id ignorantia, vt alij, quin potius vt, quum parum alioqui sit in illis quod admireris, Gallica ingenia nouitate alliciant. Vtrisq; quia vitio sunt, affines hoc præscriptum sit.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

Literæ, XXII.

A a *a* a non aa.aperto ore, non diducto aut ad e, declinãte vt ſæpe ſolent Scoti, Angli, Germani.

B b *b* be non boy. nec bey. nec ad p. declinat, vt Germanus quidam proferebat.

C c *c* Ce nõ coy. nec cey. mollius debet proferri, quaſi particeps eſſet aſpirationis, præcipue cũ e, & i. nõ quidẽ tam aſpere, vt ſolẽt Florentini, nec tã dure vt Galli, Sed medio ſono leni. vt in Cicero, quaſi eſſet Chichero. In hoc differt a ſyllaba vbi eſt h, interpoſita, quod in hac eſt flatus, illic nullus.

D d *d* de non doy. nec dey. nec ad t debet accedere, vt neſcio qui, cum quadam aſpiratione teus, tomine. ne tã tenuiter rurſus, vt δ Græcum.

E e *e* e non ee. &c. triplici poteſt efferri ſono, vt in reddentes. prima enim ſyllaba diducto ore, altera paulo apertiore vltima medio quodam modo profertur.

F f *f* ef non effe. non tã ſtricto labio q̃ cum ph. vel φ profertur, ſed cum quodam intercurrente labia flatu, vnde antiqui. f. pro. h. ponebant, quę erat medio inter ipſas ſono, facile inde in alterum tranſibat.

G g *g* ge non goy debet certe cum e & i, proferri, vt cum a, o, u. ſed aliquanto lenius, vt differat a ſyllabis ie, ii. nec debet legi ia, ie, ij, io, iu. vt nobis efferebat nouus iappriel aut iafriil, ſed communi more.

H h *h* ah non ache. nec ach. vt Itali.

I i *i* i non ij. coincidit quando eſt conſonãs in ſyllaba, nec diuiſim legitur, vt iota græ. niſi poëtis idque raro.

K k *k* ca non caa, nec cat, vt Itali. debet ſcribi in Græcis tm̃.

L l *l* el nõ elle, admota extrema lingua anteriori parti palati. latine eſt eodem ſono perpetuo. Galli frequẽter inter duas vocales proferũt ac ſi g pręcederet, vt in faillir, faiglir, alij volunt non propter vocales, ſed propter reduplicationẽ, quã eadẽ vi inprincipio dictionis ſæpe habẽt Hiſp. vt llamar, quaſi glamar.

M m *m* em non emme.

N n *n* en non enne aut ane.

O o *o* o.

P p *p* pe non poy.

Q q *q* quu non cuu, ſemper cum v ſcribitur, cuius ſonus intelligi debet lenius, nec u, ſeparãdũ eſt vſq̃, vt ſolebat ille qui quamquam quaſi q, eſſet muta, v, vero liquida proferebat.

R r *r* er non erre.

S ſ *ſ* es non eſſe. duriuſcule & cum ſibillo profertur, inter duas vocales ſine ſibillo, vt in cauſa.

T t *t* te non toy. ſtricta cum dentibus lingua. inter duas vocales ſonat, vt ts. vel zz. Italorum, vt differant a ſono s.

Vu *u* v non vv. duplici ſono effertur communiter vt in punctus, ante n, & m, ſonat vt ȣ, Græcũ alibi v gallicum. malim tamẽ more Italorũ, Hiſp. Germ. & doctiorum per ȣ proferre vbiq;. quũ autẽ eſt cõſonãs debet legi vt β græ. nõ medio ſono, inter ph. & β vt ſolent ſæpe Germani. Sonus enim ille medius debetur ipſi f quod vice Ϝ digamma æolici ponitur.

X x *x* ix non ieux vel geux. ipſum autem x, Hiſpani vt ש Hebræum, proferunt.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Y y y igrec,non gregoys nec phyo,vt Itali.

Z z z esd,vel zed,non zedre vel ede. Itali proferũt duriuscu-
le,vt si t,præcederet,sic,ts vel tz.duplicant autẽ sępe &
sonum & literam, pro qua prolatione Hispani habent
quoddam c,caudatum sic ç vt in cabeça.cabetsa caput.

& & et.

DIVISIO LITERARVM.

Vocales quinq; sunt a,e,i,o,u,Sexta a Gręcis desũpta est
y,vel u. ὑψιλόν vocant,i,tenue quod quidem sonet i,sed te=
nui sono, & ita ad u declinante vt vix dignoscas. Conso-
nantes 16.& aliquando 18.nam u & i,quãuis sint vocales
tamen frequenter sunt consonantes vt in vita,iudex. Cõ=
sonantes sunt hę, b,c,d,f,g,K,l,m,n,p,q,r,s,t,x,z. h, non
est litera, sed nota aspirationis facta ex duobus spiritibus
præcorũ simul iunctis, ⊢, ⊣,H.K,litera græca est forma
& conciso nomine,nam cappa vocant, nos ca.x & z lite=
ras a Græcis accepimus,habemusque duplices quibus ca
rere poteramus,quum simplices satis essent. x, enim valet
quantum cs.Hinc olim multi scribebant pacs,non pax. &
z valet vt sd,vel duplex ss.Consonantes ipsę in mutas se-
miuocales & liquidas diuiduntur.Mutæ 9. b,c,d,f,g,k,p,
q,t,ita dictæ, quod parum soni dum efferuntur habent, &
quasi mutæ sunt.Semiuocales sunt 7.f,l,m,n,r,s, x,ita di=
ctæ quod dum incipit illorum vocabulum a vocalibus, &
in eas desinit, videantur dimidiũ sonum vocalium obtine
re.Quod ita videas f.in vtraq; classe collocatam,ne mire-
ris,rationem postea auditurus. Liquidę l,r,m,n,quamuis
l, r, propric dictæ sunt ita, quod liquescant i, præcedente
aliqua muta etiã si posita fuerit inter ipsam vocalem pro=
xime sequentem non impediat quo minus illius vis in se-
quentem syllabam transeat. vt in cygnus,magnus,cnicus
glaber,tmolus,vbi tam facile liquescunt,quam si haberent

peculiarem syllabam aut vocalem,& faciunt vt pręcedens
proxime syllaba breuis natura,in versu,semper ad placitũ
ponatur longa vel breuis,id tamẽ dictum intelligas quod
ad quantitatem solum non ad accentũ. quãuis enim possis
in versu facere tenébrę ténebrę, non potes tamen proferre
nisi tenébrę.Sed melius est,quãuis illud sit præter nostro-
rum grammaticorũ vsum,vt more Hebręorũ literas ipsas
ab instrumentis oris,quorum præcipue adiumento profe=
runtur denominemus,quã prolationis affinitatem videtur
facile innuere Quintilianus,quũ ait,mirari neminem de=
bere,quare,a scamno fiat scabellum. Literæ igitur labiales
sunt quę potissimum labiorum officio proferuntur. Sunt
autem b,f,m,p,v,pręcipue consonũ.Qui has viderit pro=
latione easdem esse,nõ debebit mirari, si ex scamno fiat sca
bellum.m,enim & b. sunt eiusdem instrumenti,& moueo
momentum & mobile,esse ab eadem origine,& ripa atque
riuus,& amnis ab ambiẽdo &c.& quare digãma Ϝ Aeo=
licum quod illis legebatur fere vt v,cõsonum nostrum,no
bis in f,quũ nullam prolationem viciniorem habuerimus,
transijt.Etiamnum Germanis in sua vulgari lingua per v
scribitur vt in hac voce,vvrau,quod legũt inter v,& f,me=
dio quodam sono vfrau dominã intelligentes.Illud verum
digamma Aeolicũ hodie reperitur apud Armenios.Habẽt
enim quoddam v, quod aliqui illorum dicunt fun,alij fiun
alij iun,vt sit plane medius ille sonus inter i,& u,quẽ nobis
Quintilianus ab Aeolicis recitat.Sed de his satis.Dentium
seu gingiuarum literę sunt r,s,z.Hinc dicimus honor vel
nos fusij valesij, pro furij valerij. & patrisso pro patrizo.
Dentium sunt d,t,l,n,ob id casantran pro cassandran dice
bant veteres,& Alexanter pro der.& Gręci post ν sonãt τ,
vt d Latinũ.vt in andi ἀντὶ,nõ anti.Palati aũt sunt g,c,k, q.
Scribimus hinc cotidie seu quotidie,consequutio seu cõse=
cutio,quũ vel cũ,aduerbiũ. catharina vel Katharina,a frã=
go fractum fractio, a secando segmentum, & huiusmodi.
Gutturales aũt erunt oẽs vocales a,e,i,o,u,& h, quæ p̃ter
cõem classem vertitur antiquis in f.nec certe alia de causa

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

quare id fiat, ignoramus, quā quod male ipsū proferimus.
Hic antiqui ex hordeo fordeū, ex fœdere hœdus dicebāt.
Hispani hodie id suo vulgari idiomate seruāt ī fijo vel hiio
vtrūq; enim pro filio dicūt, & hazer vel fazer, facere. & har
mozo p formozo &c, quę ratione prolationis aspiratę, quā
in alphabeto dedi, rationi consentaneam ostendūt. Vocales
autem omnes tāquā ab vno instrumento flatus venientes
mutantur passim inuicem, quatio concutio, rego corrigo,
pello pulsus. penna bipennis, &c. infinita quæ si a nemine
hactenus ita tractata sunt, diligentiam nostram tamen boni
consulet lector, si quid inde fructus capiat, De accentibus
quia solent frequentissime in his errare illi mei belli forma
tores, superaddam, quātum cōpendii ratio patitur. Omnis
Latinę linguę dictio monosyllaba aut polysyllaba est, poly
syllabam voco, quæ duas aut tres, aut plures vna syllabas
habet. Dictio monosyllaba desinens in aut per vocalem na
tura breuem, quāuis in positionem, acutum habet accentū.
Sed antequā vltra progrediar, videamus quid accentus &
quot sint. Accentus est vocis eleuatio, vel deprehensio, vel
vtrūq; . Eleuamus vocē in acuto, qui raro a latinis signāt
a Gręcis ita '. Deprimimus vocē in graui qui, tamē nusquā
signatur nec Gręcis nec Latinis, nisi loco acuti, sic` Depri-
mimus & eleuamus in circunflexo qui ita notatur^ vel sic~
ex vtroq;. Omnis igitur dictio monosyllaba, si desinat per
vocalem breuem habet acutum vt ést, nox. Si in longā aut
per longam, est circunflexa, vt dôs rôs. Bissyllaba autem,
si sint vtraque longa, vel vtraque breui, vel penultima bre
ui, & vltima longa, habent acututum in penultima, si fue-
rint penultima longa, & vltima breui more Græcorū cir-
cunflectunt penultimā. Exemplum omnium, primi, léges,
virtus, víres, secūdi, málus, bónus, próbus. tertii. dómos, má
nu, quarti, fâta, Rhôma, Pâulus. de Græcis dôma δῶμα, vbi
notabis debere illam penultimā natura non positione lōgā
esse. alioqui si positione sit lōga, penultima debet penacui;
Trissillabis si sint tres breues accentus est in tertia a fine,
nec potest supra collocari (nā acutus nusq̄ ponitur lōgius

quam in tertia a fine siue antepenultima, circūflexus nus-
quam vltra penultimam, grauis vbicūque non est accen-
tus signatus intelligitur) vt léuior etiam si sit vltima lon-
ga & penultima breuis vt ímprobos. & si sit longa tertia
a fine positione vel natura, vt Túllius, foétidus. Si vero sit
penultima longa positione, acuitur, vt latébræ, nam mu-
ta cum liquida quod ad accentum attinet, faciunt positio-
nem. Si sit penultima longa, vltima breuis, penultima cir-
cunflectitur, dominôrum, suôrum. Quāuis dictiones lati-
næ sunt plures supra tres syllabas, quia accentus nusquam
vltra tertiam a fine ascendit, omnium dicta est regula.
Fallit autem, quoties iungitur vna dictionum enclitica-
rum que, ne, ve, que scilicet reijciunt suum accentum in
vltimam præcedentis dictionis, vbi cogitur suum adferre
accentum dictio. vt hominésne? deúsne, homóque, vbi
omnium accentus sunt in vltima, quum deberent habere,
hómines in tertia a fine, déus & hómo in penultima. Sed
de his satis, qui plura volet, Priscianum consulat. Satis erit
admonuisse illorū vitiorum vbi sæpius peccatur, vt hinc
decerpant sibi remedia, qui sunt obnoxij. Quos autē grā-
maticos potissimum deligas, non videtur parergon admo
nere. Non enim parum refert a quibus grammatices rudi
menta haurias, Priscianus & Diomedes nobis pene tem-
porum iniuria exoleuerāt, non sine graui linguæ Latinę
dispēdio, nisi horum temporū beneficio illos deberemus.
In illis decet pręceptorem exerceri diligentius, antequam
quicquā aliorum & recentiorum methodo tradat discipu-
lis, vt omnia illic tanquā ad regulam Lydiam examinent.
quāuis nude satis, & vt primos homines licuit gramma-
tica tradiderunt. Ex recentioribus Aldus Manutius & Pe
rottus satis fœliciter rem tractasse mihi videntur. Sed in-
genia illa tenuia censerem citius formāda quibusdam ver
sibus, quos mandent memorię facilius, quam prosam ora-
tionem, qua illi scripserunt. Suaderem inde vt versus illos
quos aut Antonius Nebrissēsis, aut Ioānes Despauterius,
aut Iodocus Badius ediderunt, ediscerent quo ad aliquis

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І.МЕЧНИКОВА

doctior rem ipsam carmine tractet. Syntaxim praeclarissime tradidit Thomas Linacer Anglus. Tres orationis partes inflexionem syntaxin & quantitatem sub compendio apud Melanctonē reperies. Erasmi Syntaxis & Murmelij tabulae de quantitate non vidētur mihi praetermittendae. Compendium grammatices a Fabro Stapulensi Regijs liberis scriptum, seruiet quibus deest multorum legendorum facultas. Interim Alexandrum illum Theopagitem & eiusdem farinae hominem Graecismum cum suis interpretibus deuita, illis enim barbariem debemus. Quin vellem duplicem mercedem postulari, dedocendi & docendi, quum ingenia imbuta illa barbarie se offerunt, vt neglīgētiores parentes sentirent aliquam partem damni, quod liberis suis obiecerūt. Habetis Candidi lectores meum de omnibus linguis iudicium & diligētiam, vbi si lapsus sum per imprudentiā, memineritis, Nil esse ab omni parte beatum.

GVILIEL. POST. CANDIDO Lectori S. P.

NOn statueram apud me, Cādide lector, cū iam ad me calumniatorum multorū voces perferrentur, statim nostrum librum cui iuuenis titulū de Affinitate linguarum, & Hebraicae excellentia feceram, in lucem emittere, quamuis in istius exordio id pollicitus fueram, nisi perlecto illo, mihi animum ad aedendum fecisset, mutandicꝫ consilij fuisset author, non vulgaris iudicij homo Franciscus Vatablus lector Regius, quo praeceptore literarum Hebraicarū sum vsus, in quo admireris tam raram, tamcꝫ exactam omnium disciplinarum atcꝫ triū linguarum peritiam, vt merito addubites, quam puer primum didicerit, vsqueadeo illas habet in promptu vt illi innatae videantur. Quamobrem illius tanti feci iudicium, vt credam facile suā sententiam me ab omnibus momorum calumnijs vindicaturam. Nō dissimile visum est Ioanni Salinaeo primae notae & eruditionis theologo mihi amicissimo, & quē reuera merito Vatablus agnoscat discipulū, vt pote qui nō tantū sacrarum literarum abstrusa scrutetur, sed qui more praeceptoris nullum disciplinae genus sibi intactum velit aut relinquat. Quibus sane authoribus nō verebor pueriles has nostras naenias dare in publicum, & si non ignorem illos quadam propensa beneuolentia in amiculi rebus forte caecutire. Periti enim iudicis malim subire arbitrium, quam vel ab vniuersa rei imperitorum turba famam aucupari. Minima hic de industria volui tradere, nec tam doctos cupio lectores, parua paruis parum eruditus scribo, & quia linguas & caetera quae trado ab ipso capite deduxi, volui etiā ne quid nostri ignores consilij, mutare sequētis libri titulū, vocarecꝫ De originibus, seu de affinitate linguarum, & Hebraicae linguae antiquitate. Vt enim multa mutaui in illo, volui etiam & titulum mutare. Caeterum iterū atcꝫ iterū rogo te vt errata ęquo animo feras. ex quibus tamen volui paucula haec typographorum incuria admissa tibi, ne quid te torqueant, ascribere. Vale. Errata ita restituas. primus numerus paginā, alter versum significat, A.6.l.2. lege reuerende. B.7.25. illa. eadem vers.36. amusis.i. imperitis. C.2.13. subiungam tamen. & 22. ver. לנסיונא. C.3.10. בכנוחא ובזדיקוחא. C.7.13. post duo, πϖ iūge pi, pi. D.2.13. & turbit. E.7.12. veni cum zeido. F.8.11. in ᴴ. differat. H.1.13. desperationem. &.3. versu penult. inuitabantur.

Excudebat P. Vidouaeus Vernoliensis, Typis ac characteribus suis Mense Martio, Anno a partu Virgineo 1538. Ad calculū Romanū.

H-80479

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА
~~33.162~~

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА